⁶⁵ Prophetia quae ab antiquis temporibus dispensatur, ad salutem omnium **gentium** pertinet. Ad solum quidem **populum** Israel missus est Moyses, et ei soli **populo** per eum Lex data est, et ipsi Prophetiae ex illo **populo** fuerunt, et ipsa distributio temporum secundum eundem **populum** distincta est; unde et hydriae dicuntur *secundum purificationem Iudaeorum*: sed tamen quod illa prophetia etiam caeteris **gentibus** annuntiabatur, manifestum est; quandoquidem Christus in eo occultus erat, in quo benedicuntur omnes **gentes**, sicut promissum est Abrahae dicente Domino: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Nondum autem intellegebatur, quia nondum aqua conversa erat in vinum. Ergo omnibus **gentibus** dispensabatur prophetia. Quod ut emineat iucundius, de singulis aetatibus, tamquam de singulis hydriis, pro tempore quaedam commemoremus.

⁶⁶ Ergo et prima hydria habebat prophetiam de Christo: sed quando ista quae loquor non praedicabantur in **populis**, adhuc aqua erat, in vinum mutata nondum erat.

⁶⁷ Sed quomodo ostendimus omnes **gentes** pertinere ad binas vel ternas metretas? Aestimantis enim fuit quodammodo, ut ipsas diceret binas, quas dixerat ternas, ad commendandum scilicet sacramentum. Quomodo sunt binae metretae? Circumcisio et praepucium. Hos duos **populos** Scriptura commemorat, et nullum praetermittit hominum genus, quando dicit: *Circumcisio et praepucium*; in duobus istis nominibus habes omnes **gentes**: binae metretae sunt. His duobus parietibus de diverso venientibus ad pacem in seipso faciendam, lapis angularis factus est Christus. Ostendamus et ternas metretas in eisdem ipsis omnibus **gentibus**. Tres erant filii Noe, per quos reparatum est genus humanum. Unde Dominus ait: *Simile est regnum coelorum fermento, quod accepit mulier et abscondit in farinae mensuris tribus, quoadusque fermentaretur totum*. Quae est ista mulier, nisi caro Domini? Quod est fermentum, nisi Evangelium? Quae sunt tres mensurae, nisi omnes **gentes**, propter tres filios Noe? Ergo *sex hydriae capientes binas vel ternas metretas*, sex sunt aetates temporum, capientes prophetiam pertinentem ad omnes **gentes**, sive in duobus generibus hominum, id est, Iudaeis et Graecis, sicut saepe Apostolus commemorat; sive in tribus, propter Noe tres filios, significatas. Figurata est enim prophetia pertingens usque ad omnes **gentes**. Nam in eo quod pertingit, dicta est metreta, sicut dicit Apostolus: *Accepimus*

Tratado X, 4: He aquí que el templo ese era aún figura, y de ahí echó el Señor a todos los que buscaban lo suyo, los que habían venido a los mercados. ¿Y qué vendían allí ellos? Lo que los hombres necesitaban para los sacrificios de aquel tiempo. Sabe, en efecto, Vuestra Caridad que a aquel pueblo, conforme a su carnalidad y corazón pétreo aún, se habían dado sacrificios tales que le impidieran pasarse poco a poco a los ídolos, e inmolaban allí sacrificios- *bueyes, ovejas y palomas*-; lo sabéis porque lo habéis leído. No había, pues, pecado grande si en el templo vendían lo que se compraba para ser ofrecido en el templo. Y, sin embargo, los echó de allí. Si a quienes vendía lo que es lícito y no es contra justicia –pues lo que honestamente se compra, no se vende ilícitamente–, los expulsó empero y no soportó que la *casa de oración* se convirtiera en *casa de negocio*, ¿qué haría el Señor si encontrase allí borrachos, qué? Si la casa de Dios no debe convertirse en *casa de negocio*, ¿debe convertirse en casa de bebidas? En cambio, cuando digo esto, rechinan con sus dientes contra mí. Mas me consuela el salmo que habéis oído: *Sobre mí rechinaron con sus dientes*. También yo sé oír dónde ser curado, aunque se redoblen los azotes a Cristo, porque es flagelada con su palabra. Dice: *Se han congregado contra mí azotes y no lo supieron*. Lo flagelaron los látigos de los judíos, lo flagelan las blasfemias de los cristianos falsos; multiplican los azotes a su Señor y no lo saben. En la medida en que él nos ayuda, hagamos esto: *Yo, en cambio, cuando me eran molestos me vestía de saco y humillaba con ayuno mi alma*⁶⁸.

Tratado X, 7: ¿Quiénes pues, venden *bueyes*? Por *bueyes* se entiende a quienes nos han dispensado las Santas Escrituras. *Bueyes* eran los apóstoles, *bueyes* eran los profetas. Por ende dice el Apóstol: *no enfrenarás la boca a buey que trilla. ¿Acaso Dios se preocupa de los bueyes? ¿O lo dice por nosotros? Por nosotros, en efecto, lo dice, porque con esperanza debe arar quien ara, y quien trilla, con esperanza de participar*. Esos *bueyes*, pues, nos han dejado la memoria de las Escrituras, ya que, porque buscaron la gloria del Señor, repartieron de lo que no era suyo. Efectivamente ¿qué habéis oído en ese salmo? *Y digan siempre: “Sea engrandecido el Señor”*, quienes quieren la paz de su siervo. Siervo de Dios es el pueblo de Dios, *la Iglesia de Dios*. *Quiénes quieren la paz de su Iglesia glorifiquen al Señor, no al siervo y digan siempre: Sea engrandecido el Señor. ¿Quiénes han de decirlo Quiénes quieren la paz de su siervo*. De este pueblo, de este siervo es aquella voz clara que como lamentaciones habéis oído en el salmo, y os conmovíais al oírla, porque vosotros sois de ahí, lo que uno solo cantaba, resonaba desde todos los corazones. ¡Felices quienes en esas voces se conocía como *en un espejo!*. ¿Quiénes, pues, *quieren la paz de su siervo*,

mensuram pertingendi usque ad vos. Gentibus enim evangelizans, hoc ait, mensuram pertingendi usque ad vos.

⁶⁸ Ecce templum illud figura adhuc erat, et eicit inde Dominus omnes qui sua quaerebant, qui ad nundinas venerant. Et quae ibi vendebant illi? Quae opus habebant homines in sacrificiis illius temporis. Novit enim Caritas vestra quod sacrificia illi **populo** pro eius carnalitate et corde adhuc lapideo talia data sunt, quibus teneretur ne in idola deflueret; et immolabant ibi sacrificia, boves, oves et columbas: nostis, quia legistis. Non ergo magnum peccatum, si hoc vendebant in templo, quod emebatur ut offerretur in templo; et tamen eiecit inde illos. Quid, si ibi ebriosos inveniret, quid faceret Dominus; si vendentes ea quae licita sunt, et contra iustitiam non sunt (quae enim honeste emuntur, non illicite venduntur), expulit tamen, et non est passus domum orationis fieri domum negotiationis? Si negotiationis domus non debet fieri domus Dei, potationis debet fieri? Nos autem quando ista dicimus, stridunt dentibus suis adversus nos: et consolatur nos psalmus quem audistis: *Striderunt super me dentibus suis*. Novimus et nos audire unde curemur, etsi ingeminantur flagella Christo, quia flagellatur sermo ipsius: *Congregata sunt, in me flagella, et nescierunt*. Flagellatus est flagellis Iudaeorum, flagellatur blasphemis falsorum christianorum: multiplicant flagella Domino suo, et nesciunt. Faciamus nos, quantum ipse adjuvat: *Ego autem, cum mihi molesti essent, induebam me cilicio, et humiliabam in ieiunio animam meam*.

la paz de su pueblo, la paz de una sola a la que denomina *única* y que quiere que sea arrancada del león, pues dice: *Arranca de la mano del perro mi única?* Los que dicen siempre: *Sea engrandecido el Señor*⁶⁹.

Tratado X, 8: Esos, en cambio, con Escrituras mismas engañan a los pueblos para recibir de ellos honores y loas, y que los hombres no se conviertan a la verdad. Pero, porque con las Escrituras mismas engañan a los pueblos a los que exigen honores, venden *bueyes*, venden también *ovejas*, esto es, la plebe misma. Y ¿A quién las venden sino al diablo? De hecho, hermanos míos, si la Iglesia de Cristo es *única* y es una sola, ¿quién se lleva cualquier cosa que de ahí se desgaja sino el *león* aquel *rugiente* y merodeador, *que busca a quién devorar?* Porque la Iglesia permanecerá íntegra, *pues el Señor conoce a quienes son suyos*. ¡Ay de quienes se desgajan! Sin embargo, en lo que de ellos depende, venden *bueyes* y *ovejas*, venden también *palomas*. ¡Observen el látigo de sus pecados! Al menos cuando por esas iniquidades tuyas sufren algo así, reconozcan que el Señor hizo *un látigo* de sogas y los estimula a cambiar de vida, al final oirán: *Atadles pies y manos y arrojadlos a las tinieblas exteriores*⁷⁰.

Tratado XI, 4: Quienes, pues, han renacido, fueron de la noche, pero son *del día*; fueron *tinieblas*, pero son luz. Jesús *se les confía* ya y no vienen a Jesús *de noche*, como Nicodemo; buscan el día, pero no en tinieblas, pues los tales incluso confiesan públicamente que Jesús se acercó a ellos y obró en ellos la salvación porque él dijo: *Si uno no comiere mi carne y bebiere mi sangre, no tendrá en sí vida*. Y, porque los catecúmenos tienen en la frente la señal de la cruz, son ya de *una casa importante*; pero de esclavos sean hechos hijos, pues quienes pertenecen a una casa importante son algo. Por otra parte, ¿cuándo comió el maná el pueblo de Israel? Después de haber pasado el mar Rojo. Ahora bien, oye al Apóstol qué significa el mar Rojo: *No quiero empero que vosotros, hermanos, ignoréis que todos nuestros padres estuvieron bajo la nube y todos pasaron por el mar*. ¿Para qué pasaron por el mar? Como si le preguntases, continuó diciendo: *Y mediante Moisés todos fueron bautizados en la nube y en el mar*. Si, pues, la figura del mar tuvo tanto valor, ¿cuánto valdrá la realidad del bautismo? Si lo que tuvo lugar en figura condujo hasta el maná al pueblo al que se hizo pasar al otro lado, en

⁶⁹ Qui ergo boves vendunt? Boves intelleguntur qui nobis Scripturas sanctas dispensaverunt. Boves erant Apostoli, boves erant Prophetæ. Unde dicit Apostolus: *Bovi trituranti os non infrenabis. Numquid de bobus pertinet ad Deum? An propter nos dicit? Propter nos enim dicit; quia debet in spe qui arat arare, et triturans in spe participandi*. Ergo illi boves reliquerunt nobis memoriam Scripturarum. Non enim de suo dispensaverunt, quia gloriam Domini quaesierunt. Quid enim audistis in ipso Psalmo? *Et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi eius*. Servus Dei, **populus** Dei, **Ecclesia** Dei. Qui volunt pacem **Ecclesiae** ipsius, magnificent Dominum, non servum; *et dicant semper: Magnificetur Dominus. Qui dicant? Qui volunt pacem servi eius*. Ipsius **populi**, ipsius servi vox est illa evidens, quam in lamentationibus audistis in Psalmo, et movebamini cum audiretis, quia inde estis. Quod cantabatur ab uno, de omnibus cordibus resonabat. Felices qui se in illis vocibus tamquam in speculo cognoscebant. Qui ergo volunt pacem servi eius, pacem **populi** eius, pacem unius quam dicit *unicam*, et quam vult erui a leone: *Erue de manu canis unicam meam?*

⁷⁰ Isti autem de Scripturis ipsis fallunt **populos**, ut accipiant ab ipsis honores et laudes, et non convertantur homines ad veritatem. Quia vero ipsis Scripturis fallunt **populos**, a quibus quaerunt honores; vendunt boves, vendunt et oves, id est ipsas **plebes**. Et cui vendunt, nisi diabolo? Namque, fratres mei, si Christi unica **Ecclesia** est, et una est; quidquid inde praeciditur, quis tollit, nisi leo ille rugiens et circumiens, quaerens quem devoret? Vae his qui praeciduntur! nam illa integra permanebit. *Novit enim Dominus qui sunt eius*. Tamen quantum in ipsis est, vendunt boves et oves, vendunt et cumbas: observent flagellum peccatorum suorum. Certe quando aliquid tale patiuntur propter istas iniquitates suas, agnoscant quia Dominus fecit flagellum de resticulis, et ad hoc admonet eos ut mutent se, ut non sint negotiatores: nam si se non mutaverint, audient in fine: *Ligate illis manus et pedes, et proicite in tenebras exteriores*.

la verdad de su bautismo ¿qué mostrará Cristo a su pueblo, al que se ha hecho pasar por él? Por su bautismo hace pasar a los creyentes, matados todos los pecados cual enemigos perseguidores, como perecieron todos los egipcios en aquel mar. ¿A dónde hace pasar, hermanos míos? Por el bautismo ¿a dónde hace pasar Jesús, cuya figura representaba entonces Moisés, quien hacía pasar por el mar? ¿A dónde hace pasar? Al maná. ¿Qué es el maná? *Yo, dice, que he bajado del cielo, soy el pan vivo*. Reciben el maná los fieles, hechos ya pasar por el mar Rojo. ¿Por qué “mar Rojo”? “mar”; ya; ¿por qué también “Rojo”? Aquel mar Rojo significaba el bautismo de Cristo. ¿Cómo enrojece el bautismo de Cristo sino consagrado por la sangre de Cristo? ¿A dónde, pues, conduce a los creyente y bautizados? Al maná. Mirad que dijo “maná”. Conocido es qué recibieron los judíos, este pueblo de Israel; conocido es qué hizo Dios llover del cielo *para ellos*; y los catecúmenos no saben qué reciben los cristianos. Ruborícense, pues, de no saberlo; pasen por el mar Rojo, coman el maná para que, como *creyeron en el nombre de Jesús*, así *Jesús se confíe a ellos*⁷¹.

Tratado XI, 8: Tres, pues, son esos patriarcas: Abrahán, Isaac y Jacob. Ya conocéis que los hijos de Jacob fueron doce y de allí se originó el pueblo de Israel, porque ese Jacob es Israel y el pueblo de Israel son las doce tribus, pertenecientes a los doce hijos de Israel. Abrahán, Isaac y Jacob: tres padres y un solo pueblo. Tres padres en el origen del pueblo, digamos; tres padres en los que se figuraba el pueblo; y ese pueblo anterior es el pueblo presente, pues en el pueblo de los judíos está figurado el pueblo de los cristianos. Allí la figura, aquí la verdad; allí la *sombra*, aquí el *cuerpo*, pues dice el Apóstol: *Ahora bien, estas cosas les sucedían en figura*. Es frase del Apóstol: *Ahora bien, estas cosas les sucedían en figura*. Es frase del Apóstol: *Están escritas*, afirma, *en atención a nosotros, a quienes ha salido al encuentro el final de los siglos*.

Vuelva ahora vuestro ánimo a Abrahán, Isaac y Jacob. Respecto a esos tres hallamos allí partos de libres y hallamos allí partos de esclavas. “esclava” no significa nada bueno: *Echa a la esclava*, dice, *y a su hijo, pues el hijo de la esclava no será heredero con el hijo de la libre*. El Apóstol dice que en aquellos dos hijos de Abrahán estaba la figura de los dos Testamentos: el Viejo y el Nuevo. Pertenecen al Viejo Testamento los amantes de lo temporal, los amantes del mundo; al Nuevo Testamento, los amantes de la vida eterna. Por eso, aquella Jerusalén de la tierra era *sombra de la Jerusalén celeste*, madre

⁷¹ Qui ergo renati sunt, noctis fuerunt, et diei sunt: tenebrae fuerunt, et lumen sunt. Iam credit se illis Iesus, et non nocte veniunt ad Iesum sicut Nicodemus, non in tenebris quaerunt diem. Tales enim iam etiam profitentur: accessit ad illos Iesus, fecit in illis salutem: quia ipse dixit: *Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam*. Et quod signum crucis habent in fronte catechumeni, iam de **domo** magna sunt; sed fiant ex servis filii. Non enim nihil sunt qui iam ad **domum** magnam pertinent. Quando autem manna manducavit **populus** Israel? Cum transisset mare rubrum. Mare autem rubrum quid significet, audi Apostolum: *Nolo autem vos ignorare, fratres, quia omnes patres nostri suo nube fuerunt, et omnes per mare transierunt*. Utquid per mare transierunt, quasi quaereres ab illo; secutus ait: *Et omnes per Moysen baptizati sunt in nube et in mari*. Si ergo figura maris tantum valuit, species Baptismi quantum valebit? Si quod gestum est in figura, traiectum **populum** ad manna perduxit; quid exhibebit Christus in veritate baptismi sui, traiecto per eum **populo** suo? Per baptismum suum traicit credentes, occisis omnibus peccatis, tamquam hostibus consequentibus, sicut in illo mari omnes Aegyptii perierunt. Quo traicit, fratres mei? quo traicit per Baptismum Iesus, cuius figuram tunc gerebat Moyses, qui per mare traiciebat? Quo traicit? Ad manna. Quod est manna? *Ego sum*, inquit, *panis vivus, qui de coelo descendi*. Manna accipiunt fideles, iam traieci per mare rubrum. Quare mare rubrum? iam mare, quare et rubrum? Significabat mare illud rubrum baptismum Christi. Unde rubet baptismus Christi, nisi Christi sanguine consecratus? Quo ergo perducit credentes et baptizatos? Ad manna. Ecce dico manna: notum est quid acceperint Iudaei, **populus** iste Israel, notum est quid illis pluisset Deus de coelo; et nesciunt catechumeni quid accipiant Christiani. Erubescant ergo, quia nesciunt; transeant per mare rubrum, manducant manna: ut quomodo crediderunt in nomine Iesu, sic se ipsis credat Iesus.

de todos nosotros, que están en el cielo. También éstas son palabras del Apóstol. De esa ciudad de donde *estamos desterrados*, muchas cosas conocéis, muchas habéis oído ya. Por otra parte, en estos partos, esto es, en estos fetos, en estas generaciones de libres y esclavas, hallamos una cosa extraña, o sea, cuatro clases de hombres. En esas cuatro clases se cumple la figura del futuro pueblo cristiano, de forma que no es extraño lo que respecto a aquellos tres está dicho: *Yo soy el Dios de Abraham y el Dios de Isaac y el Dios de Jacob*. Efectivamente, entre todos los cristianos –atended, hermanos–, mediante los malos nacen buenos, o mediante los buenos nacen malos, o buenos mediante los buenos, o malos mediante los malos; no podéis hallar más que estas cuatro clases. Las repetiré otra vez; poned atención, retenedlas, sacudid vuestros corazones, no seáis perezosos; para no ser cazados, captad cómo son cuatro las clases de todos los cristianos: o mediante los buenos nacen buenos, o mediante los malos nacen malos, o malos mediante los buenos, o buenos mediante los malos. Supongo que está claro. Buenos mediante los buenos, si quienes bautizan son buenos, y quienes son bautizados creen rectamente y rectamente son contados entre los miembros de Cristo. Malos mediante los malos, si quienes bautizan son malos, y quienes son bautizados se acercan *a Dios con doblez de corazón* y no guardan esas costumbres que oyen en la Iglesia para ser ahí no paja, sino trigo. Vuestra Caridad conoce cuán numerosos son de hecho. Buenos mediante los malos: a veces bautiza un adúltero, pero quien es bautizado queda justificado. Malos mediante los buenos: a veces quienes bautizan son santos, pero quienes son bautizados no quieren guardar *el camino de Dios*⁷².

Tratado XI, 10: Dios hace a su pueblo no a partir de Esaú, sino que lo hace a partir de Jacob. Linaje único, diversos quienes fueron concebidos; útero único, diversos quienes nacieron. ¿Acaso la que, libre, parió a Esaú no parió, libre, a Jacob? Luchaban en el vientre de su madre y, cuando allí luchaban, se dijo a Rebeca: *Dos pueblos hay en tu vientre*. Dos hombres, *dos pueblos*; el pueblo bueno, el pueblo malo; pero en todo caso

⁷² Tres ergo isti patriarchae, Abraham, Isaac, et Iacob. Iam nostis filii Iacob quia duodecim fuerunt, et inde **populus** Israel: quia ipse Iacob Israel, et **populus** Israel tribus duodecim, pertinentes ad duodecim filios Israel. Abraham, Isaac, et Iacob, tres patres, et **populus** unus Tres patres tamquam in principio **populi**; tres patres in quibus figurabatur **populus**: et **populus** ipse prior, praesens **populus**. In **populo** enim Iudaeorum figuratus est **populus** Christianorum. Ibi figura, hic veritas, ibi umbra, hic corpus, dicente Apostolo: *Haec autem in figura contingebant illis*. Vox est Apostoli: *Scripta sunt, inquit, propter nos, in quos finis saeculorum obvenit*. Recurrat nunc animus vester ad Abraham, Isaac, et Iacob. In istis tribus invenimus parere liberas, parere et ancillas: invenimus ibi partus liberarum, invenimus ibi et partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat: *Eice ancillam, inquit, et filium eius; non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae*. Apostolus hoc commemorat; et in illis duobus filiis Abrahae, dicit Apostolus fuisse figuram duorum Testamentorum, Veteris et Novi. Ad Vetus Testamentum pertinent dilectores temporalium, dilectores saeculi: ad Novum Testamentum dilectores vitae aeternae. Ideo illa Ierusalem in terra, umbra erat coelestis Ierusalem matris omnium nostrum, quae est in coelo: et haec Apostoli verba sunt. Et de ista **civitate** unde peregrinamur, multa nostis, multa iam audistis. Invenimus autem rem miram in istis partibus, id est in istis fetibus, in istis generationibus liberarum et ancillarum, quatuor scilicet genera hominum: in quibus quatuor generibus, completur figura futuri **populi** christiani, ut non sit mirum quod in illis tribus dictum est: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob*. In omnibus enim Christianis, fratres intendite, aut per malos nascuntur boni, aut per bonos nascuntur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali: amplius istis quatuor generibus non potestis invenire. Quae iterum repetam, advertite, retinete; excutite corda vestra, nolite pigri esse: capite, ne capiamini, quomodo quatuor genera sunt omnium Christianorum. Aut per bonos nascuntur boni, aut per malos nascuntur mali, aut per bonos mali, aut per malos boni. Puto quia planum est. Per bonos boni: si et qui baptizant, boni sunt: et qui baptizantur, recte credunt, et in membris Christi recte numerantur. Per malos mali: si et qui baptizant, mali sunt; et qui baptizantur, duplici corde ac edunt ad Deum, et non tenent eos mores quos audiunt in **Ecclesia**, ut non ibi sint palea, sed frumentum. Quam enim multi sint, novit Caritas vestra. Per malos boni: aliquando baptizat adulter, et qui baptizatur iustificatur. Per bonos mali: aliquando qui baptizant, sancti sunt; qui baptizantur, tenere viam Dei nolunt.

luchan en un único vientre. ¡Cuántos malos hay en la Iglesia, y los lleva un único útero, hasta que al final sean separados! Los buenos gritan contra los malos, asimismo los malos responden con gritos contra los buenos, y unos y otros luchan en las entrañas de una sola ¿Acaso estarán siempre juntos? Al final se sale a la luz, se pone de manifiesto el nacimiento que aquí se representa misteriosamente, y entonces será evidente lo de *amé a Jacob; en cambio, aborrecí a Esau*⁷³.

Tratado XII, 2: De hecho no puede en absoluto regresar otra vez a las entrañas maternas y *nacer*, ora nada más salir del útero, ora en edad ya añosa. Ahora bien, como en cuanto al nacimiento carnal las entrañas femeninas tienen vigor para parir a uno sólo una vez, así en cuanto al nacimiento espiritual las entrañas de la Iglesia tienen vigor para que cada uno sea bautizado sólo una vez. Por eso, para que nadie diga quizá: “Pero éste nació en la herejía y aquél nació en el cisma”, quedaron suprimidas, si recordáis, todas las dificultades que se os aclararon sobre nuestros tres padres, Dios de los cuales quiso Dios ser llamado no porque eran los únicos, sino porque en ellos solos se ha logrado significar íntegramente al pueblo futuro.

Efectivamente, hallamos desheredado al nacido de esclava, heredero al nacido de libre; al revés, hallamos desheredado al nacido de libre, heredero al nacido de esclava: nacido de esclava el desheredado Ismael, nacido de libre el *heredero Isaac*; nacido de libre el desheredado Esau, nacidos de esclava los herederos hijos de Jacob. Así pues, en estos tres padres se ha contemplado la figura de todo el pueblo futuro y no sin razón afirma Dios: *Yo soy el Dios de Abrahán y el Dios de Isaac y el Dios de Jacob. Éste es mi nombre para siempre*, afirma. Por otra parte, recordemos lo que fue prometido a Abrahán mismo, pues esto fue prometido a Isaac, esto fue prometido también a Jacob. ¿Qué hallamos? *En tu descendencia serán bendecidas todas las naciones*. Uno solo creyó entonces lo que aún no veía; lo ven los hombres y se quedan ciegos. Se ha realizado en las naciones lo que se prometió a uno solo, y se separan de la comunión de las naciones quienes no quieren ver ni lo que se ha cumplido, Pero ¿de qué les sirve no querer ver? Ven, quieran o no quieran; la verdad abierta hiere incluso los ojos cerrados⁷⁴.

⁷³ Non facit **populum** suum Deus de Esau; sed facit de Iacob. Semen unum, diversi qui concepti sunt: uterus unus, diversi qui nati sunt. Numquid non libera peperit Iacob, quae libera peperit Esau? Luctabantur in ventre matris suae, et dictum est Rebeckae, cum ibi luctarentur: *Duo populi sunt in utero tuo*. Duo homines, duo **populi**; bonus **populus**, malus **populus**: sed tamen in uno ventre luctantur. Quanti mali sunt in **Ecclesia**, et unus uterus portat, donec in fine discernantur: et boni adversus malos clamant, et mali adversus bonos reclamant, et in unius visceribus utriusque luctantur. Numquid semper simul erunt? In fine exitur ad lucem, declaratur nativitas quae hic in sacramento figuratur: et tunc apparebit: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*.

⁷⁴ Omnino enim non potest, sive recens ab utero, sive annosa iam aetate, redire rursus in materna viscera, et nasci. Sed sicut ad nativitatem carnalem valent muliebria viscera ad semel pariendum; sic ad nativitatem spiritalem valent viscera **Ecclesiae**, ut semel quisque baptizetur. Propterea ne quis forte dicat: Sed iste in haeresi natus est, et iste in schismate natus est; amputata sunt omnia, si meministis, quae vobis disputata sunt de **tribus** patribus nostris, quorum Deus dici voluit, non quia soli erant, sed quia in solis expleta est integritas significandi **populi** futuri. Invenimus enim natum de ancilla exhaeredatum, natum de libera haeredem: rursus invenimus natum de libera exhaeredatum, natum de ancilla haeredem. Natus de ancilla exhaeredatus Ismael, natus de libera haeres Isaac; natus de libera exhaeredatus Esau, nati de ancillis haeredes filii Iacob. In illis itaque **tribus** patribus, omnis futuri **populi** figura perspecta est: nec immerito Deus inquit: *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob: hoc mihi*, inquit, *nomen est in aeternum*. Magis meminerimus quid promissum sit ipsi Abrahae: hoc enim promissum est Isaac, hoc promissum est et Iacob. Quid invenimus? *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Credidit tunc unus quod nondum videbat: vident homines, et excaecantur. Completum est in **gentibus** quod promissum est uni: et separantur a communione **gentium**, qui et quod impletum est videre nolunt. Sed quid illis prodest quia videre nolunt? Vident, velint nolint; aperta veritas et clausos oculos ferit.

Tratado XII, 11: Cogió, pues, la muerte, en la cruz colgó a la muerte y de esa muerte misma son liberados los mortales. El Señor recuerda lo que en figura sucedió entre los antiguos: *Y como Moisés, afirma, levantó la serpiente en el desierto, así es preciso que sea levantado el Hijo del hombre para que todo el que cree en él no perezca, sino que tenga vida eterna.* Conocen un misterio grande también quienes lo han leído. Óiganlo además o quienes no lo han leído o quienes quizá han olvidado lo leído u oído. Los mordiscos de las serpientes abatían en el desierto al pueblo de Israel, gran estrago de muchas muertes sucedía, pues era castigo de Dios, quien, para enseñar, corregía y flagelaba. Aparece allí el gran misterio de una realidad futura; el Señor en persona lo atestigua en esta lectura, para que nadie pueda interpretar otra cosa, sino la que la Verdad en persona indica acerca de sí.

El Señor, en efecto, dijo a Moisés que hiciera una *serpiente de bronce*, en el desierto la levantase sobre un palo y avisase al pueblo de Israel que, si una serpiente mordía a alguien, se fijase en la serpiente levantada en el palo. Sucedió: los hombres eran mordidos, miraban y *eran sanados*. ¿Qué son las serpientes mordedoras? Los pecados nacidos de la condición mortal de la carne. ¿Qué es la serpiente levantada? La muerte del Señor en la cruz⁷⁵.

Tratado XIII, 7: Ahora bien, como habéis oído, hermanos, nuestro Señor Jesucristo mostró el camino para esto: para que nadie, arrogante porque tiene abundancia de alguna gracia, se desdeñe de ser bautizado con el bautismo del Señor. En efecto, por mucho que un catecúmeno progrese, aún lleva sobre sí el fardo de su iniquidad. No se le perdona sino cuando venga al bautismo. Como el pueblo de Israel no quedó libre del pueblo de los egipcios sino cuando vino al mar Rojo, así nadie queda libre del peso de los pecados sino cuando viene a la fuente del bautismo⁷⁶.

Tratado XIII, 14: Pero ¿qué diré, hermanos? Veamos claramente qué ha comprado. En efecto, ha comprado allí donde dio el precio. ¿A cambio de cuánto lo ha dado? Si ha cambiado de África, seamos donatistas, pero no nos llamemos donatistas, sino cristianos, porque Cristo ha comprado África sola, aunque aquí hay no sólo donatistas. Pero no calló qué ha comprado en su negocio. Hizo libros de cuentas; a Dios gracias, no nos ha engañado. Preciso es que la novia los oiga y ahí, entienda a quién ha consagrado la virginidad, ahí, en el mismo salmo donde está dicho: "*Taladraron mis manos y pies, contaron todos mis huesos*", donde se declara clarísimamente la pasión del Señor; salmo

⁷⁵ Ergo mortem suscepit, et mortem suspendit in cruce; et de ipsa morte liberantur mortales. Quod in figura factum est apud antiquos, commemorat illud Dominus: *Et sicut, inquit: Moyses exaltavit serpentem in eremo, ita exaltari oportet Filium hominis; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Magnum sacramentum, et qui legerunt, noverunt. Deinde audiant vel qui non legerunt, vel qui forte lectum sive auditum obliti sunt. Prosternebatur in eremo **populus** Israel morsibus serpentum, fiebat magna strages multorum mortuorum: plaga enim Dei erat corripientis, et flagellantis, ut erudiret. Demonstratum est ibi magnum sacramentum rei futurae, ipse Dominus testatur in hac lectione, ut nemo possit aliud interpretari quam quod ipsa veritas de se indicat. Dictum est enim ad Moysen a Domino ut faceret aeneum serpentem, et exaltaret in ligno in eremo, et admoneret **populum** Israel, ut si quis morsus esset a serpente, illum serpentem in ligno exaltatum attenderet. Factum est: mordebantur homines, intuebantur, et sanabantur. Quid sunt serpentes mordentes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors Domini in cruce.

⁷⁶ Ad hoc autem viam praebuit Dominus noster Iesus Christus, sicut audistis, fratres, ne quis arrogans quod habeat abundantiam alicuius gratiae, dedignetur baptizari baptismo Domini. Quantumcumque enim catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suae portat: non illi dimittitur, nisi cum venerit ad Baptismum. Quomodo non caruit **populus** Israel **populo** Aegyptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum; sic pressura peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem Baptismi venerit.

que al atento pueblo entero se lee todos los años en la semana última, próxima la pasión de Cristo, entre nosotros y asimismo entre ellos se lee este salmo. Atended, hermanos, qué ha comprado allí; recítense los libros comerciales de cuentas; oíd qué ha comprado allí: *Se acordarán y se volverán al Señor todos los límites de la tierra y adorarán en su presencia todos los países de las naciones, porque de él es el reino y él será dueño de las naciones.* He ahí lo que ha comprado. He ahí que *Dios, rey de toda la tierra*, es tu novio. ¿Por qué, pues, quieres que rico tal sea reducido a harapos? Ha comprado la totalidad, reconócelo; ¿y tú dices: “tienes parte aquí”? ¡Oh, su complacieras al Novio! ¡Oh si no hablaras como corrompida, y corrompida no en el cuerpo, sino, lo que es peor, en el corazón! Amas a un hombre en lugar de Cristo; amas al que dice “yo bautizo”; no oyes al amigo *del Novio*, que dice: “*Éste es quien bautiza*”; no oyes al que dice: *El que tiene a la novia es el novio.* Dijo: Yo no tengo a la novia. Entonces, ¿qué soy? *Por su parte, el amigo del novio, que está en pie y le oye, con gozo goza por la voz del novio*⁷⁷.

Tratado XIII, 17: Cautos, pues, nos ha hecho el Novio, porque no debemos ser engañados ni por milagros. Efectivamente, a veces hasta ser engañados ni por milagros. Efectivamente, a veces hasta un desertor amedrenta a un habitante de provincias; pero quien no quiere ser amedrentado y seducido se fija en esto: en si sigue perteneciendo al ejército y en si sirve de algo la marca con que está señalado. Mantengamos, pues, la unidad, hermanos míos. Fuera de la unidad, aun quien hace milagros no es nada. Efectivamente, en la unidad estaba el pueblo de Israel y no hacía milagros; fuera de la unidad estaban los magos del Faraón y los hacían similares a los de Moisés; el pueblo de Israel, como he dicho, no los hacía: ¿Quiénes estaban salvados ante Dios, quienes los hacían o quienes no los hacían? El apóstol Pedro resucitó a un muerto, Simón Mago hizo muchos prodigios, allí había muchos cristianos que no podían hacer ni lo que hacía Pedro ni lo que hacía Simón. Pero ¿de qué se alegraban? De que sus nombres estaban escritos en el cielo. De hecho, al regresar los discípulos, lo aseveró nuestro Señor Jesucristo en atención a la fe de los gentiles. Los mismos discípulos, en efecto, dijeron gloriándose: He aquí, Señor, que aun los mismos demonios se nos han sometido. Ciertamente confesaron bien, dieron honor al nombre de Cristo. Y, sin embargo, ¿qué les contesta? No os gloriéis en esto, en que los demonios se os han sometido; más bien, gozad de que vuestros nombres están escritos en el cielo. Pedro expulsó demonios; no sé qué viejecita viuda, no sé qué hombre laico cualquiera, que tienen caridad, que mantienen la integridad de la fe, no hacen eso. En el cuerpo, Pedro es el ojo, no está

⁷⁷ Sed quid dicam, fratres? Aperte videamus quid emerit. Ibi enim emit, ubi pretium dedit. Pro quanto dedit? Si pro Africa dedit, simus Donatistae, et non appellemur Donatistae, sed Christiani; quia Christus solam Africam emit: quamquam et hic non soli Donatistae. Sed non tacuit in commercio suo quid emerit. Fecit tabulas: Deo gratias, non nos fefellit. Opus est ut audiat illa sponsa, et ibi intellegat cui voverit virginitatem. Ibi in ipso psalmo ubi dictum est: *Foderunt manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea*; ubi passio Domini apertissime declaratur: qui psalmus omni anno legitur novissima hebdomada intento universo **populo**, imminente passione Christi, et apud nos, et apud illos psalmus iste legitur. Intendite, fratres, quid ibi emit; recitentur tabulae commerciales; quid ibi emit, audite: *Commemorabuntur et convertentur ad Dominum universi fines terrae; et adorabunt in conspectu eius universae patriae gentium*: quoniam ipsius est **regnum**, et ipse dominabitur **gentium**. Ecce quid emit. Ecce quoniam *rex omnis terrae Deus* est sponsus tuus. Quid ergo ad pannos vis deduci talem divitem? Agnosce: totum emit, et tu dices: Partem hic habes. O si placeres sponso, o si non corrupta loquereris, et corrupta, quod peius est, corde, non corpore! Amas hominem pro Christo, amas dicentem: Ego baptizo: amicum sponsi non audis dicentem: *Hic est qui baptizat*; non audis dicentem: *Qui habet sponsam, sponsus est.* Ego non habeo sponsam, dixit: sed quid sum? *Amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.*

empero desgajado del cuerpo. Mejor es ser dedo y estar en el cuerpo que ser ojo y ser arrancado del cuerpo⁷⁸.

Tratado XIV, 8: *Quien viene del cielo está sobre todos, y lo que ha visto y oyó, esto testifica, mas nadie acoge su testimonio. Si nadie, ¿a qué vino? Nadie, pues, de un grupo. Ha cierto pueblo destinado a la ira de Dios, que será condenado con el diablo. De éstos, nadie acoge el testimonio de Cristo. Efectivamente, si absolutamente nadie, ningún hombre. ¿Qué es lo que sigue? Quien acoge su testimonio selló que Dios es veraz. Ciertamente, pues, no nadie, si tú mismo dices: ¿Quien acoge su testimonio selló que Dios es veraz? Juan, interrogado, tal vez respondería y diría: “Sé por qué he dicho “nadie”, pues hay cierto pueblo nacido para la ira de Dios y preconocido para esto”. Dios conoce, en efecto, quiénes van a creer y quiénes no van a Creer; Dios conoce quiénes van a perseverar en lo que han creído y quiénes van sucumbir, y para Dios están numerados todos los que han de ser para la vida eterna, y conoce que ese pueblo está separado. Y si él lo conoce, y lo ha dado a conocer a los profetas mediante el Espíritu, también lo ha dado a Juan.*

Juan, pues, no observaba con su ojo porque, en cuanto a lo que le atañe, es tierra y de la tierra habla; sino que con esa gracia del Espíritu que había recibido de Dios vio a cierto pueblo impío, infiel. Al observarlo en su infidelidad, afirma: *Nadie acoge el testimonio de quien viene del cielo. Nadie ¿de quiénes? De quienes estará a la izquierda, de aquellos a quienes se dirá: Id al fuego eterno que está preparado para el diablo y sus ángeles. ¿Quiénes, pues, lo acogen? Los que estarán a la derecha, a quienes se dirá: Venid, benditos de mi Padre, recibid el Reino que os está preparado desde el origen del mundo.* Observa, pues, la división en cuanto al espíritu, y , en cambio, la mezcla en el género humano; y separó con la inteligencia, separó con la mirada del corazón lo que aún no está separado en lugares; vio dos pueblos, el de los fieles y el de los infieles. Observa a los infieles y afirma: *Quien viene del cielo está sobre todos y lo que ha visto y oyó, esto testifica, mas nadie acoge su testimonio.*

Después se trasladó a la izquierda, miró hacia la derecha y, continuando, afirma: *Quien acoge su testimonio selló que Dios es veraz. ¿Qué significa “Selló que Dios es veraz” sino que el hombre es mendaz, mas Dios es veraz? Porque nadie de los hombres puede decir lo que es de la verdad si no lo ilumina quien no puede mentir. Dios, pues, es veraz; Cristo, por su parte, es Dios. ¿Quieres pruebas? Acoge su testimonio y lo verás, pues, quien acoge su testimonio selló que Dios es veraz. ¿Quién? Ese mismo que viene del cielo y está sobre todos es el Dios veraz. Pero, si aún no entiendes que él es Dios, aún*

⁷⁸ Ergo cautos nos fecit sponsus, quia et miraculis decipi non debemus. Aliquando enim et desertor terret provincialem; sed utrum in castris sit, et aliquid illi prosit character ille in quo signatus est, hoc attendit qui terreri et seduci non vult. Teneamus ergo unitatem, fratres mei: praeter unitatem, et qui facit miracula nihil est. In unitate enim erat **populus** Israel, et non faciebat miracula: praeter unitatem erant magi Pharaonis, et faciebant similia Moysi. **Populus** Israel, ut dixi, non faciebat: qui erant salvi apud Deum; qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus apostolus resuscitavit mortuum; Simon Magus fecit multa: erant ibi quidam christiani qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon; sed unde gaudebant? Quia nomina eorum erant scripta in coelo. Nam et redeuntibus discipulis, Dominus noster Iesus Christus propter fidem **gentium** hoc ait. Dixerunt enim gloriantes ipsi discipuli: *Ecce, Domine, in nomine tuo etiam daemonia nobis subiecta sunt.* Bene quidem confessi sunt, detulerunt honorem nomini Christi; et tamen quid ait eis? *Nolite in hoc gloriari, quia daemonia vobis subiecta sunt; sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in coelo.* Petrus daemonia exclusit; nescio quae anicula vidua, nescio quis homo qualiscumque laicus habens caritatem, tenens integritatem fidei, non facit hoc: Petrus in corpore oculus est, ille in corpore digitus; in eo tamen corpore est, in quo et Petrus; et si minus valet digitus quam oculus, non est tamen praecisus a corpore. Melius est esse digitum et esse in corpore, quam esse oculum et evelli de corpore.

no has acogido *su testimonio*. Acógelo y sellas, entiendes provisoriamente, reconoces definitivamente *que es Dios verax*⁷⁹.

Tratado XVI, 3: Así pues, carísimos, aceptad mi opinión sobre este punto, sin menoscabo de que vosotros opinéis algo mejor. De hecho, todos tenemos un único Maestro y somos condiscípulos en una única escuela. Esto, pues, opino, y ved si no es verdadero o se acerca a la verdad lo que opino. Dos días estuvo en Samaría, y *creyeron en él los samaritanos*; ¡tantos días estuvo en Galilea, y los galileos no creyeron en él! Rehaced o repasad con la memoria la lectura y el sermón del día de ayer: llegó a Samaría, donde lo había predicado primero la mujer con quien había hablado de misterios grandes junto al pozo *de Jacob*. Tras verlo y oírlo, *los samaritanos creyeron en él por* la palabra de la mujer, y por la palabra de él creyeron con más firmeza y *en mayor número*. Así está escrito. Empleados allí dos días –número de días por el que se encomia el número de los dos preceptos, de los cuales dos preceptos *pende la Ley* entera y *los profetas*, como recordáis que en el día de ayer encomié-, *partió a Galilea* y vino a la ciudad de *Caná de Galilea, donde del agua hizo vino*.

Pues bien, cuando convirtió allí el agua en vino, *sus discípulos*, como escribe Juan mismo, *creyeron en él*. Y, sin embargo, la casa estaba llena de una multitud de convidados. Sucedió un milagro tan grande y no *creyeron en él* sino *sus discípulos*. A esta ciudad *de Galilea* regresó ahora Jesús. *Y he aquí que cierto funcionario real, cuyo hijo estaba enfermo, vino a él y comenzó a rogarle que descendiera* a la ciudad o a la casa, *y sanase a su hijo, pues comenzaba a morir*. Quien rogaba ¿no creía? ¿Qué aguardas que diga yo? Interroga al Señor qué opinaba de él, ya que, una vez rogado, respondió cosas de este calibre: *Si no veis signos y prodigios, no creéis*. Inculpa al hombre de ser tibio o frío en cuanto a la fe, o de nula fe y, más bien, de desear ponerlo a prueba con motivo de la salud de su hijo: quién era, cuánto podía. Hemos oído, en efecto, las palabras de quien rogaba; las pronunció quien oyó las palabras e inspeccionó el corazón. Finalmente, el evangelista mismo testimonia con el testimonio de su relato que

⁷⁹ *Qui de coelo venit, supra omnes est: et quod vidit et audivit, hoc testatur; et testimonium eius nemo accipit.* Si nemo, utquid venit? Quorundam ergo nemo. Est quidam **populus** praeparatus ad iram Dei, damnandus cum diabolo: horum nemo accipit testimonium Christi. Nam si omnino nemo, nullus homo; quid est quod sequitur: *Qui autem accepit testimonium eius, signavit quia Deus verax est?* Certe ergo non nemo, si tu ipse dicis: *Qui accepit testimonium eius, signavit quia Deus verax est.* Responderet ergo fortasse Ioannes interrogatus, et diceret: Novi quid dixerim, *nemo*. Est enim quidam **populus** natus ad iram Dei, et ad hoc praecognitus. Qui sint enim credituri, et qui non sint credituri, novit Deus; qui sint perseveraturi in eo quod crediderunt, et qui sint lapsuri, novit Deus: et numerati sunt Deo omnes futuri in vitam aeternam; et novit iam illum **populum** distinctum. Et si ipse novit, et Prophetis dedit nosse per Spiritum suum, dedit et Ioanni. Attendebat ergo Ioannes, non oculo suo; nam quantum ad ipsum pertinet, terra est, et de terra loquitur: sed in ea gratia Spiritus, quam accepit a Deo, vidit quemdam **populum** impium, infidelem; attendens illum in infidelitate sua, ait: *Testimonium eius qui venit de coelo, nemo accipit.* Quorum nemo? Eorum qui ad sinistram futuri sunt, eorum quibus dicitur: *Ite in ignem aeternum qui praeparatus est diabolo et angelis eius.* Qui ergo accipiunt? Illi qui ad dexteram futuri sunt, illi quibus dicitur: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Attendit ergo in spiritu divisionem, in genere autem humano commixtionem; et quod nondum locis separatum est, separavit intellectu, separavit cordis aspectu; et vidit duos **populos**, fidelium et infidelium: attendit infideles, et ait: *Qui de coelo venit, supra omnes est: et quod vidit et audivit, hoc testatur; et testimonium eius nemo accipit.* Deinde transtulit se a sinistra, et aspexit ad dexteram, et secutus ait: *Qui accepit testimonium eius, signavit quia Deus verax est.* Quid est, *signavit quia Deus verax est*, nisi, homo mendax est, et Deus verax est? Quia nemo hominum potest dicere quod veritatis est, nisi illuminetur ab eo qui mentiri non potest. Deus ergo verax, Christus autem Deus. Vis probare? Accipe testimonium eius, et invenis: *Qui enim accepit testimonium eius, signavit quia Deus verax est.* Quis? Ipse qui de coelo venit et supra omnes est, Deus verax est. Sed si nondum illum intellegis Deum, nondum accepisti testimonium eius: accipe, et signas, praesumenter intellegis, definienter agnoscis quia Deus verax est.

aún no había creído quien deseaba que el Señor viniese a su casa a curar a su hijo. En efecto. Después que se le notificó que su hijo estaba sano, y descubrió que fue sanado en esa *hora* –la hora en que el Señor había dicho: “*Vete, tu hijo vive*”–, *creyó él*, afirma, *y su casa entera*. Si, pues, *creyó él y su casa entera*, precisamente porque se le notificó que su hijo estaba sano, y comparó la hora de los mensajeros con la hora de quien pronunciaba, cuando rogaba no creía aún.

Los samaritanos no habían aguardado signo alguno; sólo habían creído a su palabra; en cambio, sus conciudadanos merecieron oír: *Si no veis signos u prodigios, no creéis*; y, sin embargo, hecho tan gran milagro, allí no *creyó* sino *él y su casa*. Ante la palabra sola creyeron muy numerosos samaritanos; ante aquel milagro, *creyó* sola la *casa* donde se realizó. Por tanto ¿qué, hermanos, qué hace el Señor valer para nosotros? Entonces Galilea de Judea era la patria del Señor, porque allí se crió. Ahora, en cambio, porque aquel hecho presagia algo –en efecto, no sin motivo se habla de prodigios, sino porque presagian algo, ya que “*prodigio*” se llama, por así decirlo, a un *pronuncio*, a lo que habla por delante, a lo que significa por delante y presagia que algo sucederá.; porque, pues, todo aquello presagiaba que algo, todo aquello predecía algo, pongamos de momento nosotros como patria de nuestro Señor Jesucristo, según la carne –de hecho no tuvo patria en la tierra, sino según la carne que recibió en la tierra–; pongamos, pues, como patria del Señor el pueblo de los judíos. He aquí que *no se le rinde honor en su patria*. Observa ahora a las turbas de los judíos, observa ya a la nación aquella dispersa por todo el orbe de las tierras y arrancada de sus raíces; observa las ramas rotas, cortadas, dispersas, secas, rotas las cuales mereció ser injertado el *acebuche*. Ve qué dice ahora la turba de los judíos. “A quien dais culto, a quien adoráis era nuestro hermano”. Y nosotros respondamos: *No se rinde honor a un profeta en su patria*. En fin, ellos vieron al Señor Jesús andar en la tierra, hacer milagros, iluminar a los ciegos, abrir los oídos a los sordos, soltar las bocas de los mudos, sujetas los miembros de los paralíticos, andar sobre el mar, dominar los vientos y el oleaje, resucitar los muertos, hacer tantos signos, y apenas unos pocos de ellos creyeron.

Hablo al pueblo de Dios: tantos que hemos creído, ¿qué signos hemos visto? Lo que, pues, ocurrió entonces presagiaba esto que acontece ahora. Los judíos fueron o son similares a los galileos; nosotros, similares a los samaritanos. Hemos oído el Evangelio, hemos dado nuestro consentimiento al Evangelio, mediante el Evangelio hemos creído en Cristo; no vemos ningún signo, no exigimos ninguno⁸⁰.

⁸⁰ Accipite itaque, carissimi, quid hic sentiam, sine praeiudicio, si vos melius aliquid senseritis. Magistrum enim unum omnes habemus, et in una schola condiscipuli sumus. Hoc ergo sentio, et videte si non aut verum est, aut propinquat veritati quod sentio. In Samaria biduum fecit, et crediderunt in eum Samaritani: tot dies in Galilaea fecit, et non in eum crediderunt Galilaei. Retexite vel recolite memoria hesterni diei et lectionem et sermonem. Venit in Samariam, ubi eum primo mulier illa praedicaverat, cum qua ad puteum Iacob locutus erat magna mysteria: eo viso Samaritani et audito crediderunt in eum propter verbum mulieris, et firmius crediderunt propter verbum eius, et plures crediderunt: sic scriptum est. Ibi facto biduo (quo numero dierum mystice commendatus est duorum numerus praeceptorum, in quibus duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetarum, sicut hesterni die nos commendasse meministis), pergit in Galilaeam, et venit in **civitatem** Canan Galilaeae, ubi aquam vinum fecit. Ibi autem quando aquam in vinum convertit, sicut scribit ipse Ioannes, crediderunt in eum discipuli eius: et utique plena erat domus turbis convivantium. Factum est tam magnum miraculum, et non in eum crediderunt nisi discipuli eius. Hanc **civitatem** Galilaeae modo repetivit. *Et ecce quidam regulus, cuius filius infirmabatur, venit ad eum, et rogare coepit ut descenderet, ad illam civitatem vel domum, et sanaret filium eius; incipiebat enim mori.* Qui rogabat, non credebat? Quid a me exspectas audire? Dominum interroga quid de illo senserit. Rogatus enim talia respondit: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.* Arguit hominem in fide tepidum, aut frigidum, aut omnino nullius fidei: sed tentare cupientem de sanitate filii sui, qualis esset Christus, quis esset, quantum posset. Verba enim rogantis audivimus, cor diffidentis non videmus: sed ille pronuntiavit, qui et verba audivit et cor inspexit. Denique et ipse Evangelista testimonio narrationis suae ostendit quia nondum crediderat, qui venire ad domum suam Dominum cupiebat, ad sanandum filium

Tratado XVI, 5: ¿Dónde queda la raíz? En los patriarcas, pues la patria de Cristo es el pueblo de Israel, porque de ellos viene según la carne; pero la raíz de este árbol son Abrahán, Isaac y Jacob, los santos patriarcas. ¿Y dónde están éstos? En el descanso junto a Dios, con gran honor, para que, ayudado, aquel pobre fuese elevado al seno de Abrahán y en el seno de Abrahán lo viera de lejos el rico soberbio. Queda, pues, la raíz, es elogiada la raíz; pero las ramas soberbias han merecido ser cortadas y secarse; el humilde acebuche, en cambio, gracias a la poda de aquéllas, encontró un lugar⁸¹.

¹¹⁴ Quia enim pati graece “pásjein” dicitur, ideo Pascha passio putata est, velut hoc nomen a passione sit appellatum: in sua vero lingua, hoc est in hebraea, Pascha transitus dicitur: propterea tunc primum Pascha celebravit **populus** Dei, quando ex Aegypto fugientes, Rubrum mare transierunt. Nunc ergo figura illa prophetica in veritate completa est, cum sicut ovis ad immolandum ducitur Christus, cuius sanguine illitis postibus nostris, id est, cuius signo crucis signatis frontibus nostris, a perditione huius saeculi tamquam a captivitate vel interemptione Aegyptia liberamur; et agimus saluberrimum transitum, cum a diabolo transimus ad Christum, et ab isto instabili saeculo ad eius fundatissimum **regnum**. Ideo quippe ad Deum permanentem transimus, ne cum mundo transeunte transeamus. De hac nobis collata gratia Deum laudans Apostolus dicit: *Qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii caritatis suae*. Hoc itaque nomen, id est, Pascha, quod latine, ut dixi, transitus nuncupatur, velut interpretans nobis beatus Evangelista: *Ante diem, inquit, festum Paschae, sciens Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem*. Ecce Pascha, ecce transitus. Unde, et quo? *De hoc scilicet mundo ad Patrem*. Spes membris in capite data est, quod essent illo transeunte sine dubio secutura. Quid ergo infideles, et ab hoc capite atque ab eius corpore alieni? nonne et ipsi transeunt, quia non permanent? Transeunt plane et ipsi: sed aliud est transire de mundo, aliud est transire cum mundo; aliud ad Patrem, aliud ad hostem. Nam et Aegyptii transierunt; non tamen transierunt per mare ad **regnum**, sed in mari ad interitum.

¹¹⁵ Deinde respiciens ad eos qui praedicare, et **populos** acquirere ac regere, ac sic Christo aperire utcumque possunt, sed in his difficultatibus actionum peccare metuunt: *Lavi, inquit, pedes meos; quomodo inquinabo illos?* Quisquis enim in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Et quis est perfectus? quis est qui non offendit in tanta abundantia iniquitatis, tanto frigore caritatis? *Lavi pedes meos; quomodo inquinabo eos?* Quandoquidem lego, et audio: *Nolite multi magistri fieri, fratres, quoniam maius iudicium sumitis: in multis enim offendimus omnes*. *Lavi pedes meos; quomodo inquinabo eos?* Sed ecce surgo, et aperio. Christe, lava eos: *Dimittite nobis debita nostra*, quoniam non est exstincta caritas nostra: *quia et nos dimittimus debitoribus nostris*. Quando te audimus, exsultant tecum in coelestibus ossa humiliata. Sed quando te praedicamus, terram calcamus ut tibi aperiamus: et ideo si reprehendimur, perturbamur; si laudamur, inflamur. Lava pedes nostros ante mundatos, sed cum ad aperiendum tibi per terram pergimus, inquinatos. Haec vobis hodie satis sint, dilectissimi. Si quid secus quam oportuit dicentes fortassis offendimus, vel laudibus vestris immoderatus quam oportuit elevati sumus; impetrate mundationem pedibus nostris, Deo placentibus orationibus vestris.

grande, pues había salido ese en atención al cual se les había dicho: *Y vosotros estáis limpios, pero no todos*. Así pues, al salir el no limpio, se quedaron todos los limpios y permanecieron con su Limpiador. Algo parecido sucederá cuando, vencido por Cristo, haya pasado este mundo y en el pueblo de Cristo no quedará nadie inmundo; cuando, separada del trigo la cizaña, *en el reino de su Padre brillarán como el sol los justos*. El Señor, porque preveía que esto iba a suceder y para testificar que ahora se alude a ello, tras retirarse Judas cual separada la cizaña, cual al trigo dice a los apóstoles santos: *“Ahora ha sido glorificado el Hijo del hombre”*, como si dijese: “He ahí lo que sucederá en esa glorificación mía, donde no habrá ninguno de los malos, donde ninguno de los buenos perece”.

Por otra parte, no está dicho así: “Ahora ha sido significada la glorificación del Hijo del hombre”, sino que está dicho: *“Ahora ha sido glorificado el Hijo del hombre”*, como no está dicho: “La roca significaba al Mesías”, sino: *La roca era el Mesías*. Tampoco está dicho: “La semilla buena significaba los hijos del reino, o la cizaña significaba los hijos del Maligno”, sino que está dicho: *La semilla buena son éstos, los hijos del reino; en cambio, la cizaña, los hijos del Maligno*. Como, pues la Escritura suele hablar nominando a las cosas significantes cual a las que son significadas, así ha hablado el Señor al decir: *“Ahora ha sido glorificado el Hijo del hombre”*, después que, separado de allí el pésimo y al quedarse con él los santos, ha sido significada su glorificación; cuando, separados los inicuos, en la eternidad permanecerá él con los santos¹¹⁶.

Tratado LXV, 1: *El Señor Jesús atestigua haber dado él a sus discípulos un mandato nuevo: que se quieran mutuamente; afirma Os doy un mandato nuevo: que os queráis mutuamente*. Este mandato ¿no existía ya en la antigua ley de Dios, donde está escrito: *Querrás a tu prójimo cual a ti mismo?*. ¿Por qué, pues, el Señor llama nuevo a lo que está demostrado que es tan viejo? ¿O es un mandato nuevo precisamente porque, arrancado el hombre viejo, nos viste del hombre nuevo?. En efecto, renueva al oyente o, más bien, al obediente, no toda dilección, sino esa respecto a la que el Señor, para distinguirla de la dilección carnal, ha añadido *“Como os quise”*, porque se quieren mutuamente maridos y esposas, padres e hijos y cualquier otro vínculo humano que vinculare entre sí a los hombres, por no hablar de la dilección culpable y condenable con que se quieren mutuamente adúlteros y adúlteras, libertinos y meretrices y cualesquiera otros a los que une no un vínculo humano, sino una nociva torpeza de la vida humana. Cristo, pues, nos dio un mandato nuevo: que nos queramos mutuamente como él mismo nos quiso también.

Esa dilección nos renueva para que seamos hombres nuevos, herederos del Testamento Nuevo, cantores el cántico nuevo. Esta dilección, *hermanos carísimos*, también renovó

¹¹⁶ Exiit Iudas, et clarificatus est Iesus; exiit filius perditionis, et clarificatus est Filius hominis. Ille quippe exierat, propter quem dictum erat eis: *Et vos mundi estis, sed non omnes*. Exeunte itaque immundo, omnes mundi remanserunt, et cum suo mundatore manserunt. Tale aliquid erit cum victus a Christo transierit hic mundus, et nemo in **populo** Christi remanebit immundus; cum zizaniis a tritico separatis, iusti fulgebunt sicut sol in **regno** Patris sui. Hoc futurum praevidens Dominus, et nunc significatum esse contestans, discedente Iuda tamquam zizaniis separatis, remanentibus tamquam tritico Apostolis sanctis: *Nunc, inquit, clarificatus est Filius hominis*: tamquam diceret: Ecce in illa mea clarificatione quod erit, ubi malorum nullus erit, ubi bonorum nullus perit. Sic autem non est dictum: *Nunc significata est clarificatio Filii hominis*; sed dictum est: *Nunc clarificatus est Filius hominis*: quemadmodum non est dictum: *Petra significabat Christum*; sed: *Petra erat Christus*. Nec dictum est: *Bonum semen significabat filios regni*, aut, *zizania significabant filios maligni*, sed dictum est: *Bonum semen hi sunt filii regni; zizania autem, filii maligni*. Sicut ergo solet loqui Scriptura, res significantes tamquam illas quae significantur appellans; ita locutus est Dominus dicens: *Nunc clarificatus est Filius hominis*: posteaquam separato inde nequissimo, et secum remanentibus sanctis, significata est glorificatio eius, quando separatis iniquis manebit in aeternitate cum sanctis.

ora a los antiguos justos, ora a los patriarcas y profetas, como después a los bienaventurados apóstoles; esa misma renueva ahora a las gentes, y del universal género humano que se difunde por el entero *disco de las tierras*, hace y recoge al pueblo nuevo, cuerpo de la nueva casada, la esposa *del Unigénito Hijo de Dios*, de la que en Cantar de los Cantares se dice: *¿Quién es esa que asciende blanqueada?*”, blanqueada, sí, por renovada ¿con qué sino con el mandato nuevo? Por eso, *están solícitos unos por otros los miembros* que hay en ella y, *si padece un único miembro, padecen juntos todos los miembros*, y, *si se glorifica a un único miembro, gozan juntos todos los miembros*. En efecto, oyen y custodian “*Os doy un mandato nuevo: que os queráis mutuamente*”: no como se quieren quienes corrompen, ni como se quieren los hombres porque son hombres, sino como se quieren porque son *dioses e hijos del Altísimo todos*, de forma que su único Hijo los tiene de hermanos, pues se quieren *mutuamente* con esa dilección con que él mismo *los quiso* para conducirlos a esa meta que les baste, donde su *deseo se sacie de bienes*, pues entonces, cuando *Dios sea todo en todos*, nada faltará al deseo. Tal fin no tiene fin. Nadie muere allí adonde nadie llega si a este mundo no muere no con la muerte de todos, por la que el alma abandona el cuerpo, sino con la muerte de los elegidos, con la que se pone arriba el corazón aun cuando aún se permanece *en la carne mortal*. De esta muerte decía el Apóstol: *Pues estáis muertos y vuestra vida ha sido escondida con el Mesías en Dios*. Tal vez por eso está dicho: *Fuerte es como la muerte la dilección*. Esa dilección logra, en efecto, que, aun viviendo aún en este corruptible cuerpo, muramos a este mundo y nuestra vida se esconda *con el Mesías en Dios*. Mejor dicho, esa dilección misma es nuestra muerte al mundo y nuestra vida *con Dios*, ya que, si hay muerte cuando sale del cuerpo el alma, ¿cómo no hay muerte cuando nuestro amor sale del mundo? *Fuerte, pues, es como la muerte la dilección*. ¿Qué más fuerte que esa por la que es vencido el mundo?¹¹⁷

¹¹⁷ Dominus Iesus mandatum novum se discipulis suis dare testatur, ut diligant invicem: *Mandatum, inquit, novum do vobis, ut diligatis invicem*. Nonne iam erat hoc mandatum in antiqua Dei lege, ubi scriptum est: *Diliges proximum tuum tamquam teipsum?* Cur ergo novum appellatur a Domino, quod tam vetus esse convincitur? An ideo est mandatum novum, quia exuto vetere induit nos hominem novum? Innovat quippe audientem, vel potius obedientem, non omnis, sed ista dilectio quam Dominus ut a carnali dilectione distingueret, addidit, *sicut dilexi vos*. Nam diligunt invicem mariti et uxores, parentes et filii, et quaecumque alia inter se homines necessitudo humana devinixerit: ut taceamus de dilectione culpabili atque damnabili, qua diligunt invicem adulteri et adulterae, scortatores et meretrices, et quoscumque alios non humana necessitudo, sed humanae vitae noxia turpitudine coniungit. Mandatum ergo novum dedit nobis Christus, ut diligamus invicem, sicut et ipse dilexit nos. Dilectio ista nos innovat, ut simus homines novi, haeredes Testamenti Novi, cantatores cantici novi. Haec dilectio, fratres carissimi, antiquos etiam tunc iustos, tunc Patriarchas et Prophetas, sicut postea beatos Apostolos innovavit: ipsa et nunc innovat **gentes**, et ex universo genere humano quod diffunditur toto orbe terrarum, facit et colligit **populum** novum, corpus novae nuptae Filii Dei unigeniti sponsae, de qua dicitur in Cantico canticorum: *Quae est ista quae ascendit dealbata?* utique dealbata, quia innovata; unde nisi mandato novo? Propter quod pro invicem sollicita sunt membra in ea; et *si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, et si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra*. Audiunt enim, atque custodiunt: *Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis*: non sicut se diligunt qui corrumpunt, nec sicut se diligunt homines, quoniam homines sunt; sed sicut se diligunt, quoniam dii sunt et filii Altissimi omnes, ut sint Filio eius unico fratres, ea dilectione invicem diligentes, qua ipse dilexit eos, perducturus eos ad illum finem qui sufficiat eis, ubi satiatur in bonis desiderium eorum. Tunc enim aliquid desiderio non deerit, quando omnia in omnibus Deus erit. Talis finis non habet finem. Nemo ibi moritur, quo nemo pervenit, nisi huic saeculo moriatur, non morte omnium, qua corpus ab anima deseritur; sed morte electorum, qua etiam cum in carne mortali adhuc manetur, cor sursum ponitur. De quali morte dicebat Apostolus: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*. Hinc fortasse dictum est: *Valida est sicut mors dilectio*. Hac enim dilectione fit ut in isto adhuc corruptibili corpore constituti moriamur huic saeculo, et vita nostra abscondatur cum Christo in Deo: imo ipsa dilectio est mors nostra saeculo, et vita cum Deo. Si enim mors est quando de corpore anima exit, quomodo non est mors quando de mundo amor noster exit? Valida est ergo sicut mors dilectio. Quid ea validius, qua vincitur mundus?

Tratado LXIX, 1: Ahora, dilectísimos, toca que, mediante lo que habéis oído que se respondió al apóstol Tomás cuando preguntó, por las palabras del Señor posteriores entendamos, en la medida en que somos capaces, las anteriores y pos las siguientes las precedentes. He aquí el hecho: arriba había dicho el Señor cuando hablaba de las moradas respecto a las que dijo que están en la casa de su Padre y que él se iba a prepararlas –donde hemos entendido que en la predestinación existen ya esas mismas moradas y que son preparadas cuando mediante la fe son limpiados los corazones de esos que allí van a permanecer, y qué otra cosa es permanecer en la casa de Dios, sino estar en el pueblo de Dios, pues el mismo pueblo está en Dios y Dios en él; a preparar esto se marchó el Señor para que, creyendo en ese a quien no se ve, mediante la fe sea preparada ahora la morada que a la vista va a existir siempre-; por eso, pues, había dicho: Y si me hubiere ido y os hubiere preparado lugar, de nuevo vengo y os tomaré junto a mí mismo para que donde estoy yo estéis también vosotros, y sabéis adónde voy yo y sabéis el camino.

A esto le dice Tomás: Señor, desconocemos adónde vas y ¿cómo podemos saber el camino?. El Señor había dicho que ellos sabían un y otra cosa; aquél dice que desconoce una y otra, el lugar adonde se va y el camino por el que se va. Pero él desconoce mentir; ellos, pues, sabían y desconocían que sabían. Convénzalos ya de que saben lo que ellos suponen desconocer hasta ahora. Le dice Jesús: Yo soy el Camino y la Verdad y la Vida. ¿Qué significa, hermanos? He ahí que hemos oído al discípulo preguntar, hemos oído también al Maestro enseñar, mas aun después de haber sonado la frase aún no captamos la idea escondida. Pero ¿qué no podemos captar? ¿Acaso sus apóstoles, con quienes hablaba podían decirle: “Te desconocemos”? Por ende, si le conocían y él en persona es el Camino, sabían el Camino; si le conocía y él en persona es la Verdad, sabían la Verdad; si le conocían y él en persona es la Vida, conocían la Vida. He ahí que se les convenció de que sabían lo que desconocían¹¹⁸.

Tratado XCI, 2: Pero ¿qué significa esto que, tras haber dicho “*Si en ellos no hubiese hecho las obras*”: ha añadido inmediatamente: *que ningún otro hizo*?. En efecto, entre las obras *de Cristo* ninguna parece ser mayor que la resurrección de muertos, cosa respecto a la que sabemos que también hicieron los profetas antiguos. Efectivamente, la hizo Elías, la hizo Eliseo cuando vivía *en esta carne* y asimismo cuando yacía sepultado en su tumba: de hecho, como ciertos individuos que llevaban un muerto se hubiesen

¹¹⁸ Nunc est dilectissimi, ut quantum valemus, intellegamus de verbis Domini posterioribus priora, et consequentibus praecedentia, in eo quod audistis apostolo Thomae interroganti esse responsum. Dixerat enim superius Dominus, cum de mansionibus loqueretur, quas et esse dixit in domo Patris sui, et ire se ut praepararet eas; ubi intelleximus et esse iam mansiones ipsas in praedestinatione, et praeparari eas cum eorum qui ibi mansuri sunt, per fidem corda mundantur, quoniam ipsa Dei domus ipsi sunt; et quid est aliud manere in domo Dei, quam esse in **populo** Dei, cum idem **populus** est in Deo, et Deus in eo? hoc ut praepararet, Dominus abiit; ut credendo in eum qui non videtur, ea quae in specie semper futura est, nunc per fidem mansio praepararetur: propter hoc ergo dixerat: *Et si abiero, et praeparavero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis.* Ad haec dicit ei Thomas: *Domine, nescimus quo vadis; et quomodo possumus viam scire?* Utrumque illos Dominus dixerat scire, utrumque dicit iste nescire, et locum quo itur, et viam qua itur. Sed nescit ille mentiri: ergo isti sciebant, et scire se nesciebant. Convincat eos iam scire, quod se putant adhuc usque nescire. *Dicit ei Iesus: Ego sum via, et veritas, et vita.* Quid est, fratres? Ecce audivimus discipulum interrogantem, audivimus et magistrum docentem, et nondum capimus, etiam post vocem sonantem, sententiam latitantem. Sed quid non possumus capere? Numquid poterant ei dicere Apostoli eius cum quibus loquebatur: *Nescimus te? Proinde si eum sciebant, et via ipse est, viam sciebant: si eum sciebant, et veritas ipse est, veritatem sciebant: si eum sciebant, et vita ipse est, vitam sciebant.* Ecce scire convicti sunt quod se scire nesciebant.

refugiado en ella al irrumpir unos enemigos, lo hubiesen puesto allí, resucitó al instante. Sin embargo, Cristo hizo algunas cosas *que ningún otro hizo*: con *cinco panes* alimentó a *cinco mil hombres* y a *cuatro mil con siete*; caminó *sobre* las aguas y otorgó a Pedro que hiciera esto; cambió en *vino el agua*; *abrió los ojos de uno nacido ciego*, y *otras muchas*, recordar *las cuales* es demasiado prolijo.

Pero se nos responde que también otros hicieron las que él no hizo y *que ningún otro hizo*. En efecto, ¿quién sino Moisés *hirió* a los egipcios con tantas y tan grandes *plagas*, *guió al pueblo* dividido el mar, *del cielo* consiguió *para los alimentos el maná*, *de la roca* derramó *agua para los sedientos*?. ¿Quién sino *Jesús Nave* dividió *las corrientes del Jordán* para que el pueblo pasase, y frenó y clavó, tras emitir una oración, el sol que corría? Excepto a Sansón, ¿a quién sació a causa de su sed la quijada desbordante de un asno muerto?. Excepto a Elías, ¿quién fue transportado a las alturas *por un carro* de fuego?. Excepto Eliseo –cosa que poco antes he mencionado– ¿quién, sepultado su cadáver, *al cadáver* de otro devolvió la vida? Excepto Daniel, ¿quién vivió indemne entre *las bocas de leones* hambrientos, encerrados con él? Excepto *tres varones*, *Ananías*, *Azarías*, *Misael*, ¿quién deambuló ileso entre llamas que ardían, mas no quemaban?¹¹⁹.

Tratado XCIII, 2: Después, al expresar ya qué iban a padecer, asevera: *Os harán excluidos de las sinagogas*. Ahora bien, para los apóstoles ¿qué mal había en ser expulsados de las sinagogas judaicas, cual si no hubieran de separarse de allí aunque nadie los expulsase? Pero ciertamente quiso comunicar esto: que los judíos no habían de recibir a Cristo, de quien éstos no habían de retirarse, y que, por esto, iba a suceder que con él serían echados fuera por esos que no quisieran estar en él: éstos que no podrían existir sin él. De hecho, porque no había ningún otro *pueblo de Dios* que ese *linaje de Abrahán*, si reconocieran y recibieran a Cristo, como ramos naturales permanecerían realmente en el olivo y no resultarían unas las iglesias de Cristo, otras las sinagogas de los judíos, pues serían las mismas si hubiesen querido estar en lo mismo. Porque no lo quisieron, ¿qué quedaba sino que quienes habían permanecido fuera de Cristo hicieran *excluidos de las sinagogas* a esos que no abandonarían a Cristo?. En efecto, hechos *testigos suyos* por haber acogido al Espíritu Santo, no serían, evidentemente, cual esos de quienes se dice: *Muchos jefes de los judíos creyeron en él; pero por miedo a los judíos*, para no ser arrojados *de las sinagogas*, no osaban confesarle, *pues amaron la gloria de los hombres más que la de Dios*. *Creyeron*, pues, *en él*, pero no como quería

¹¹⁹ Sed quid est hoc quod cum dixisset: *Si opera non fecissem in eis*, mox addidit, *quae nemo alius fecit*? Nulla quippe in operibus Christi videntur esse maiora quam suscitatio mortuorum; quod scimus etiam antiquos fecisse Prophetas. Fecit enim Elias, fecit Eliseus et cum in hac carne viveret, et cum in suo monumento sepultus iaceret. Nam quidam portantes mortuum, cum irruentibus hostibus eo refugissent, eumque ibi posuissent, continuo resurrexit. Fecit tamen aliqua Christus, quae nemo alius fecit: quod quinque millia hominum de quinque, et quatuor millia de septem panibus pavit; quod super aquas ambulavit, et Petro ut hoc faceret praestitit; quod aquam mutavit in vinum; quod aperuit oculos caeci nati, et alia multa quae commemorare longum est. Sed respondetur nobis, et alios fecisse quae ipse non fecit, et quae nemo alius fecit. Quis enim nisi Moyses Aegyptios plagis tot tantisque percussit, diviso mari **populum** duxit, manna de coelo esurientibus impetravit, aquam de Petra sitientibus fudit? Quis nisi Iesus Nave **populo** transituro Iordanis fluentia divisit, et currentem solem emissa ad Deum oratione frenavit et fixit? Quis praeter Samson propter suam sitim maxilla mortui asini exundante satiatus est? Quis praeter Eliam curru igneo in alta subvectus est? Quis praeter Eliseum, quod paulo ante commemoravi, sepulto suo cadavere, cadaver alterius reddidit vitae? Quis praeter Danielem inter ora inclusorum secum leonum esurientium vixit innocuus? Quis praeter tres viros, Ananiam, Azariam, Misaelem, in flammis ardentibus et non urentibus deambulavit illaesus?

que creyeran quien decía: *¿Cómo podéis creer, si aguardáis unos de otros gloria y no buscáis la gloria que procede del único Dios?*¹²⁰.

Tratado XCIII, 3: Me parece absolutamente que no ha querido indicar otra cosa, sino que entendieran y de lo entendido se gozasen- que ellos, cuando los arrojasen de *las congregaciones de los judíos*, iban a adquirir para Cristo *a muchos*, tantos que no bastaría arrojarlos, sino que no les permitirían vivir, no fuese que con su predicación convirtieran a todos al nombre de Cristo y los apartasen de la observancia del judaísmo cual de la verdad divina. De hecho, debemos entender que esto está dicho de los judíos, acerca de los que había dicho *“De vosotros harán excluidos de las sinagogas”*, porque, aunque los gentiles mataron a los testigos, esto es, a los mártires de Cristo, aquéllos, cuando hacían esto, estimaron empero *ofrecer* ellos *homenaje* no a Dios, sino a sus dioses falsos; en cambio, todo el que de entre los judíos mata a los predicadores de Cristo, ha supuesto *ofrecer él a Dios homenaje*, pues creía que abandonarían al Dios de Israel cualesquiera que se convirtieran a Cristo. De hecho, esta razón los indujo a matar incluso a Cristo mismo, porque sobre este asunto están escritas las palabras de ellos: *“Veis que el mundo entero se marchó tras él; si lo dejáremos vivir, vendrán los romanos y nos quitarán el lugar y la nación”*, y también lo que Caifás dijo: *Conviene que un único hombre muera por el pueblo, y no que perezca entera la nación.*

A sus discípulos, pues, a quienes había dicho: *“Si me persiguieron, también a vosotros os perseguirán”*, también mediante esta frase lo ha alentado con su ejemplo, en el sentido de que como supusieron que matándole ofrecían ellos *homenaje a Dios*, así también matándolos¹²¹.

Tratado XCVI, 1: Así pues, alguno dirá que a los pueblos cristianos, ansiosos de saber cuáles son las cosas respecto a las que el Señor decía entonces: *“Aún tengo muchas cosas para deciros, pero ahora mismo no podéis cargar”* con ellas, no debe decirse así: *“Si los apóstoles aún no podían, mucho menos podéis vosotros”*, porque quizá muchos

¹²⁰ Deinde quid passuri essent, iam exprimens ait: *Extra synagogas facient vos*. Quid autem mali erat Apostolis expelli de synagogis Iudaicis, quasi non inde fuerant se separaturi, etiamsi eos nullus expelleret? Sed nimirum hoc voluit denuntiare, quia Iudaei Christum non fuerant recepturi, a quo isti non fuerant recessuri; et ideo futurum erat ut foras mitterentur cum illo, ab eis qui esse nollent in illo, hi qui esse non possent sine illo. Nam profecto, quia non erat ullus alius **populus** Dei quam illud semen Abrahae, si agnoscerent et reciperent Christum, tamquam rami naturales in olea permanerent; nec aliae fierent **Ecclesiae** Christi, aliae Synagogae Iudaeorum: eadem quippe essent, si in eodem esse voluissent. Quod quia noluerunt, quid restabat nisi ut remanentes extra Christum, extra synagogas facerent eos qui non relinquerent Christum? Accepto quippe Spiritu sancto testes eius effecti, non utique tales essent, de quibus dicitur: *Multi principes Iudaeorum crediderunt in eum; sed propter metum Iudaeorum, ne pellerentur de synagogis, non audebant confiteri eum: dilexerunt enim gloriam hominum magis quam Dei*. Crediderunt ergo in eum, sed non sic quomodo eos volebat credere, qui dicebat: *Quomodo potestis credere, gloriam ab invicem exspectantes, et gloriam quae a solo Deo est non quaerentes?*

¹²¹ Prorsus non mihi videtur aliud significare voluisse, nisi ut intellegent atque gauderent tam multos se Christo acquisituros, cum de Iudaeorum congregationibus pellerentur, ut eos non sufficeret pellere, sed non sinerent vivere, ne omnes ad nomen Christi sua praedicatione converterent, et ab observatione Iudaismi, tamquam divinae veritatis, averterent. Hoc enim de Iudaeis dictum debemus accipere, de quibus dixerat: *Extra synagogas facient vos*. Nam testes, id est martyres Christi, etiamsi occisi sunt a **Gentilibus**; non tamen illi arbitrati sunt Deo, sed diis suis falsis obsequium se praestare, cum haec facerent. Iudaeorum autem omnis qui occidit praedicatores Christi, Deo se praestare putavit obsequium; credens quod deserent Deum Israel, quicumque converterentur ad Christum. Ut enim et ipsum Christum occiderent, ista ratione commoti sunt: nam eorum de hac re etiam verba conscripta sunt. *Videtis quia totus mundus post eum abiit: si dimiserimus eum vivere, venient Romani, et tollent nobis et locum et gentem*. Et quod Caiphás dixit: *Expediit ut unus homo moriatur pro populo, et non tota gens pereat*. Et in hoc ergo sermone suos discipulos suo erexit exemplo, quibus dixerat: *Si me persecuti sunt, et vos persequentur; ut quemadmodum illum occidendo, Deo se praestitisse obsequium putaverunt, sic etiam illos.*

pueden oír lo que entonces no podía Pedro, igual que muchos pueden ser coronados con el martirio –cosa que entonces no podía aún Pedro–, sobre todo, *enviado ya el Espíritu Santo*, que entonces aún no había sido enviado, del que a continuación –evidentemente para así demostrar que, precisamente porque aún no había venido a ellos el Espíritu Santo, *no podían cargar con lo que tenía para decirles-* añadió y aseveró: “*En cambio, cuando haya venido él, el Espíritu de la verdad, os enseñará toda la verdad*”¹²².

Tratado XCVIII, 2: Primero, pues, Vuestra Caridad debe saber que sobre Cristo crucificado mismo, respecto al cual dice el Apóstol haber él alimentado como con esa leche a los pequeñines; sobre su carne misma, por otra parte, en la que sucedieron su verdadera muerte y las heridas de horadado verdaderas y sobre su *sangre* de herido, los carnales no piensan del mismo modo que los espirituales; además debe saber que eso es para aquéllos leche y para éstos comida porque, aun si no oyen más, entienden más. En efecto, la mente no percibe igualmente ni aun lo que de igual manera reciben *por la fe* unos y otros. Así sucede que Cristo crucificado, predicado por los apóstoles, era *escándalo para los judíos* y *estulticia para las gentes*, mas *para los llamados mismos, judíos y griegos*, *Fuerza de Dios* y *Sabiduría de Dios*; pero para los *carnales*, los *pequeñines*, que mantenían esto creyéndolo sólo y, en cambio, para los *espirituales*, los más capaces, que lo percibían entendiéndolo también, para aquéllos, pues, era como bebida láctea y para éstos como comida sólida, no porque aquéllos lo conocieron de una manera, entre las multitudes, y éstos de otra, en cubículos, sino porque unos y otros lo oían de idéntico modo cuando se decía abiertamente, mas cada uno lo captaba a su modo. En efecto, porque Cristo ha sido crucificado precisamente a fin de derramar *para la remisión de los pecados* la sangre –para que *nadie se gloríe en el hombre*, elogia a la divina gracia esta pasión *de su Unigénito-*, ¿cómo entendían *a Cristo crucificado* quienes decían aún: *Yo soy de Pablo?*. ¿Acaso como Pablo mismo, quien decía: *Por mi parte, lejos de mí gloriarme a no ser en la cruz de nuestro Señor Jesucristo?* Así pues, de este Cristo crucificado mismo tomaba él comida, según su capacidad, y con *leche* los nutría según la debilidad de ellos¹²³.

Tratado CVI, 3: Así pues, desde el exordio mismo de su oración, donde, *levantado al cielo los ojos, dijo* “*Padre, ha venido la hora; esclarece a tu Hijo para que también tu*

¹²² Sic itaque dixerit aliquis non debere dici **populis** christianis, audire cupientibus quae sint de quibus Dominus tunc dicebat: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*: Si Apostoli nondum poterant, multo minus vos potestis: quia forte sic multi possunt audire, quod tunc nondum poterat Petrus, sicut multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus: praesertim iam misso Spiritu sancto, qui tunc nondum erat missus, de quo continuo subiunxit, atque ait: *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*; sic utique demonstrans illos ideo quae habebat dicere, portare non posse, quia nondum ad eos venerat Spiritus sanctus.

¹²³ Primum ergo scire debet Caritas vestra, quod ipse Christus crucifixus, quo velut lacte parvulos aluisse se dicit Apostolus; ipsa vero caro eius, in qua facta est vera mors eius et vulnera vera confixi, sanguisque percussi, non eo modo a carnalibus quo ab spiritalibus cogitatur, et illis est lac, istis cibus; quia et si non audiunt amplius, intellegunt amplius. Non enim aequaliter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab utrisque recipitur. Ita fit ut praedicatus ab Apostolis Christus crucifixus, et Iudaeis esset scandalum, et **Gentibus** stultitia, et ipsis vocatis Iudaeis et Graecis Dei Virtus et Dei Sapientia: sed carnalibus parvulis id tantum credendo tenentibus, spiritalibus autem capacioribus id etiam intellegendo cernentibus; illis ergo tamquam lacteus potus, istis tamquam solidus cibus: non quia hoc illi aliter in **populis**, isti aliter in cubiculis cognoverunt; sed quod eodem modo utrique cum palam diceretur audiebant, pro suo modo quique capiebant. Cum enim Christus propterea sit crucifixus, ut in remissionem peccatorum sanguinem funderet, qua eius Unigeniti passione divina gratia commendatur, ut nemo in homine gloriatur; quomodo intellegebant Christum crucifixum qui adhuc dicebant: *Ego sum Pauli?* Numquid quomodo ipse Paulus qui dicebat: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi?* De ipso itaque Christo crucifixo, et ipse cibus pro sua capacitate sumebat, et illos lacte pro eorum infirmitate nutrebat.

Hijo te esclarezca”, hasta lo que poco después asevera: *Y ahora esclárame tú, Padre, junto a ti mismo con la claridad que tuve, antes que el mundo existiese, junto a ti, quería que se entendiera de todos los suyos: haciéndoles conocer al Padre, lo esclarece. En efecto, tras haber dicho: “Para que tu Hijo te esclarezca”, inmediatamente mostró cómo sucedería esto, al decir: Como le diste potestad sobre toda la carne para que, en cuanto a todo lo que le has dado, les dé vida eterna; ahora bien, la vida eterna es ésta, que te conozcan a ti, el solo verdadero Dios, y al que enviaste, Jesucristo. En efecto, el conocimiento de los hombres no puede esclarecer al Padre, a no ser que también él sea conocido mediante quien lo esclarece, esto es, mediante quien él se da a conocer a los pueblos. Ésta es la glorificación del Padre, la cual no ha acontecido cerca de solos esos apóstoles, sino que acontece cerca de todos los hombres para quienes, miembros suyos, Cristo es la cabeza. En efecto: “Como le diste potestad sobre toda carne para que, en cuanto a todo lo que le has dado, les dé vida eterna”, tampoco puede entenderse acerca de solos los apóstoles, sino ciertamente acerca de todos a quienes, *creyentes en él*, se da vida eterna¹²⁴.*

Tratado CXIII, 1: Después que, una vez que Judas lo traicionó, los perseguidores ataron al Señor, de quien se habían apoderado, el cual *nos quiso y por nosotros se entregó a sí mismo* y hacia quien el Padre *no tuvo miramiento* –entiéndase que Judas es no loable por la utilidad de esta traición, sino condenable por la intención criminal-, *primeramente lo llevaron*, como narra Juan Evangelista, *ante Anás*. Y no silencia la causa de por qué sucedió así: *Pues, afirma, era suegro de Caifás, el cual era pontífice del año aquel. Por su parte, afirma, Caifás era quien a los judíos dio el consejo de que conviene que un único hombre muera por el pueblo*. Y Mateo, pues quería narrar más brevemente esto, con razón menciona que fue conducido *ante Caifás*, porque antes fue conducido también *ante Anás* precisamente porque era su *suegro*, en lo cual ha de entenderse que el mismo Caifás quiso que se hiciera esto¹²⁵.

Tratado CXIX, 5: No inquiete cómo la esponja pudo ser acercada *a la boca* de ese que *en la cruz* había sido *levantado de la tierra*. En efecto, como se lee en otros evangelistas –cosa que éste ha pasado por alto-, mediante una caña se hizo que tal bebida fuese alzada a lo alto de la cruz en una esponja. Pues bien, mediante la caña se significaba la Escritura que este hecho cumplía. En efecto, como se habla de lengua griega o latina y

¹²⁴ Ab ipso itaque orationis eius exordio, ubi *sublevatis oculis in coelum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*, usque ad illud quod paulo post ait: *Et nunc clarifica me tu, Pater, apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te*; omnes suos volebat intellegi, quibus notum faciendo Patrem, clarificat eum. Cum enim dixisset, *ut Filius tuus clarificet te*; mox quemadmodum id fieret, demonstravit dicens: *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternum: haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum*. Non enim potest cognitione hominum clarificari Pater, nisi et ille cognoscatur per quem clarificatur, id est, per quem **populis** innotescit. Haec est glorificatio Patris, quae non circa solos illos Apostolos facta est, sed circa omnes homines fit, quibus suis membris caput est Christus. Neque enim de solis Apostolis potest intellegi: *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam*; sed utique de omnibus quibus in eum credentibus vita aeterna datur.

¹²⁵ Posteaquam persecutores tradente Iuda comprehensum Dominum ligaverunt, qui *dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis*, et cui Pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum; ut intellegatur Iudas, non laudabilis utilitate traditionis huius, sed sceleris voluntate damnabilis: *Adduxerunt eum*, sicut Ioannes evangelista narrat, *ad Annam primam*. Nec tacet causam cur ita factum sit: *Erat enim, inquit, socer Caiphae, qui erat pontifex anni illius. Erat autem, inquit: Caiphaz qui consilium dedit Iudaeis: Quia expedit unum hominem mori pro populo*. Merito et Matthaeus cum id brevius narrare voluisset, eum ad Caipham ductum fuisse commemorat; quia et ad Annam prius ideo ductus est, quod socer eius fuerit: ubi intellegendum est hoc eundem Caipham fieri voluisse.

otra cualquiera para significar el sonido que la lengua emite, así puede llamarse caña a la letra que mediante una caña se escribe. Pero muy usualmente llamamos lenguas a los sonidos de la voz humana significantes; en cambio, llamar caña a la Escritura es tanto más figurado místicamente cuanto es menos usual. Hacía esas cosas un pueblo impío, padecía esas cosas el misericordioso Cristo. Quien las hacía desconocía qué hacía; en cambio, quien las padecía no sólo sabía qué se hacía y por qué se hacía, sino que ese mismo incluso obraba bien mediante quienes obraban mal¹²⁶.

¹²⁶ Nec moveat quomodo spongia ori eius potuerit admoveri, qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enim apud alios evangelistas legitur, quod hic praetermisit, in arundine est factum, ut in spongia talis potus ad crucis sublimia levaretur. Per arundinem vero Scriptura significabatur, quae implebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur vel graeca vel latina, vel alia quaelibet sonum significans, qui lingua promitur; sic arundo dici potest littera, quae arundine scribitur. Sed sonos significantes vocis humanae usitatissime dicimus linguas: Scripturam vero arundinem dici, quo minus est usitatum, eo magis est mystice figuratum. Faciebat ista **populus** impius, patiebatur ista misericors Christus. Qui faciebat, quid faceret nesciebat: qui patiebatur autem, non solum quid fieret et cur fieret sciebat, verum etiam de male facientibus bene ipse faciebat.

GENS

Tratado II, 12: Los judíos, a quienes originariamente hizo estar sobre todas las naciones, porque las otras naciones adoraban ídolos y servían a los demonios; en cambio, ese pueblo había nacido de la raza de Abrahán¹²⁷.

Tratado II, 13: Oye cómo ellos son hechos herencia de él: *El Señor me ha dicho: “Tú eres mi hijo, yo te he engendrado hoy. Pídeme y te daré en herencia tuya las naciones”*. Él ¿cómo es hecho heredad de ellos? Dice en un salmo: *El Señor, lote de mi heredad y de mi copa*¹²⁸.

Tratado VI, 9: Veamos, pues, queridísimos, lo que ellos no quieren ver, no porque no ven, sino porque les duele verlo; está como cerrado frente a ellos. ¿A dónde fueron enviados los discípulos *en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo*, para bautizar como ministros? ¿A dónde fueron enviados? *Id, dijo, bautizad a las gentes*. Habéis oído, hermanos, cómo vino esa herencia: *Pídeme y te daré en herencia tuya las naciones, y en posesión tuya los confines de la tierra*. Habéis oído cómo de Sión salió la ley, y de Jerusalén la palabra del Señor, pues allí oyeron los discípulos: *Id, bautizad a las gentes en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo*. Se nos ha hecho atender cuando hemos oído: *Id, bautizad a las gentes*. ¿En el nombre de quién? *En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo*. Ése es el único Dios, porque han de bautizar no en los nombres del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo, sino *en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo*. Donde oyes un único nombre, hay un único Dios, como la descendencia de Abrahán está dicho y expone el apóstol Pablo: *En tu descendencia serán bendecidas todas las gentes; no ha dicho “en descendencias” como en muchas, sino como en una única, “Y en tu descendencia”, que es Cristo*. Como, pues, el Apóstol ha querido enseñarte que Cristo es único porque allí no dice “en descendencias”, así también aquí, cuando está dicho “en el nombre”, no “en los nombres”, como allí “en descendencia”, no “en descendencias”, se prueba que el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo son un único Dios¹²⁹.

Tratado VI, 10: “Pero”, dicen los discípulos al Señor, “he aquí que hemos oído en qué nombre hemos de bautizar; nos has hecho ministros y nos has dicho: *Id, bautizad en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo; ¿a dónde iremos?*”.

¹²⁷ Iudaei quos primitus fecit super omnes **gentes** esse. Quia aliae **gentes** idola adorabant, et daemonibus serviebant; ille autem **populus** natus erat de semine Abrahae:

¹²⁸ Audi quomodo ipsi fiant haereditas ipsius: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam*. Ille quomodo fit haereditas eorum? Dicit in Psalmo: *Dominus pars haereditatis meae et calicis mei*.

¹²⁹ Ergo, dilectissimi, videamus quod videre illi nolunt; non quod non videant, sed quod se videre doleant: quasi clausum sit contra illos. Quo missi sunt discipuli, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ut baptizarent tamquam ministri? quo missi sunt? *Ite, dixit, baptizate gentes*. Audistis, fratres, quomodo venit illa haereditas: *Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae*. Audistis quomodo a Sion prodiit lex, et verbum Domini ab Ierusalem: ibi enim audierunt discipuli: *Ite, baptizate gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. Intenti facti sumus, cum audiremus: *Ite, baptizate gentes*. In cuius nomine? *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. Iste unus Deus, quia non, in nominibus Patris et Filii et Spiritus sancti; sed, *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. Ubi unum nomen audis, unus est Deus: sicut de semine Abrahae dictum est, et exponit Paulus apostolus: *In semine tuo benedicentur omnes gentes: non dixit: In seminibus, tamquam in multis; sed tamquam in uno: Et semine tuo, quod est Christus*. Sicut ergo quia ibi non dicit, in seminibus, docere te voluit Apostolus, quia unus est Christus: sic et hic cum dictum est, *in nomine*, non, in nominibus; quomodo ibi, *in semine*, non, in seminibus; probatur unus Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus.

“¿A dónde? ¿No habéis oído? A mi herencia. Preguntáis: “¿a dónde iremos?”. A lo que he comprado con mi sangre”. “¿A dónde, pues?”. “A las naciones”, responde. Supuse que dijo: “*Id, bautizad a los africanos en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo*” ¡Gracias a Dios! El Señor ha resuelto la cuestión, la paloma la ha enseñado. ¡Gracias a Dios! A las naciones han sido enviados los apóstoles; si a las gentes, a todas las lenguas. Esto significó el Espíritu Santo repartido en lenguas, unido en la paloma. Por una parte, las lenguas se reparten; por otra, la paloma une. Las lenguas de las naciones han concordado, ¿y sola la lengua de África discuerda? ¿Hay algo más evidente, hermanos míos? En la paloma, unidad; en las lenguas de las naciones, sociedad¹³⁰.

Tratado VI, 18: Por cierto, el mago Simón tuvo también lo que tienes, testigos son los Hechos de los Apóstoles, ese libro canónico al que cada año ha de darse lectura pública en la Iglesia. Sabéis que en la solemnidad aniversaria, tras la pasión del Señor, se da lectura pública a ese libro donde está escrito cómo se convirtió el Apóstol y de perseguidor fue hecho predicador; donde también, el día de *Pentecostés*, el Espíritu Santo fue enviado en lenguas repartidas como de *fuego*. Allí leemos que en Samaría muchos creyeron mediante la predicación de Felipe, sea éste uno de los apóstoles o de los diáconos, entre los cuales está también el nombre de Felipe. Mediante la predicación de Felipe, pues, creyeron los samaritanos. Samaría comenzó a abundar en fieles. Allí estaba ese *mago, Simón*. Mediante sus habilidades mágicas había vuelto loco al pueblo, hasta suponerlo una fuerza de *Dios*. Impresionado empero por los signos que hacía Felipe, también *él creyó*; pero los acontecimientos que siguieron, demostraron cómo creyó. Pues bien, Simón fue también *bautizado*. Oyeron esto *los apóstoles, que estaban en Jerusalén*; les enviaron a Pedro y a Juan; encontraron a muchos bautizados y, porque ninguno de ellos había recibido aún el *Espíritu Santo* como entonces descendía –de forma que, para mostrar la significación de las naciones que iban a creer, hablasen en lenguas esos a quienes descendía el Espíritu Santo–, les impusieron *las manos* mientras oraban por ellos, y recibieron el *Espíritu Santo*.

El tal Simón, que en la Iglesia era no paloma, sino cuervo, porque buscaba *lo que es suyo, no lo de Jesucristo*, razón por la que en los cristianos había amado más el poder que la justicia, vio que *mediante la imposición de las manos de los apóstoles* se daba el Espíritu Santo –no que ellos lo daban, sino que al orar ellos fue dado–, y preguntó a los apóstoles: *¿Qué dinero queréis recibir de mí, para que también por la imposición de mis manos se dé el Espíritu Santo?* Y Pedro le contesta: *Tu dinero esté contigo para perdición, porque supusiste que el don de Dios ha de comprarse con dinero. ¿A quién dice: Tu dinero esté contigo para perdición?* A un bautizado, sí. Ya tenía el bautismo, pero no se adhería a las entrañas de la paloma. Oye que no se adhería; advierte las palabras mismas del Apóstol Pedro, pues sigue: *No tienes parte ni lote en esta fe, pues veo que tú estás en hiel de amargura*. La paloma no tiene hiel; Simón la tenía; por eso estaba separado de las entrañas de la paloma. El bautismo ¿de qué le aprovechaba? No te gloríes, pues, del bautismo, como si te bastase la salvación

¹³⁰ Sed: Ecce, inquit discipuli ad Dominum, audivimus in quo nomine baptizemus, ministros nos fecisti, et dixisti nobis: *Ite, baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*: quo ibimus? Quo? non audistis? Ad haereditatem meam. Interrogatis: Quo ibimus? Ad id quod emi sanguine meo. Quo ergo? Ad **gentes**, inquit. Putavi quia dixit: Ite, baptizate Afros in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Deo gratias: solvit Dominus quaestionem, docuit columba. Deo gratias: ad **gentes** Apostoli missi sunt; si ad **gentes**, ad omnes linguas. Hoc significavit Spiritus sanctus divisus in linguis, unitus in columba. Hae linguae dividuntur, hac columba copulat. Linguae **gentium** concordarunt, et una lingua Africae discordavit? Quid evidentius, fratres mei? In columba unitas, in linguis **gentium societas**.

procedente de él. No te aires, tira la hiel, ven a la paloma. Aquí te aprovechará lo que fuera no sólo no aprovechaba, sino que incluso perjudicaba¹³¹.

Tratado IX, 4: También en otro pasaje, cuando, para que creyesen que había resucitado corporalmente, quiso que le palpasen las manos de los discípulos, afirma: *Éstas son las palabras que os he hablado cuando aún estaba con vosotros: que era necesario que se cumpliera todo lo que de mí está escrito en la ley de Moisés y en los Profetas y Salmos. Entonces les abrió la inteligencia para que entendiesen las Escrituras y les dijo que así está escrito que el Mesías padecerá y de entre los muertos resucitará al tercer día y en su nombre se predicará a todas las naciones, comenzando por Jerusalén, enmienda y perdón de los pecados*¹³².

Tratado IX, 8: Y como tu cuerpo, si estuviere sin espíritu, lo cual es tu alma, está muerto, así tu alma, si estuviere sin el Espíritu Santo, esto es, sin la caridad, será reputada por muerta. *Las hidrias*, pues, cogían *dos metretas*, porque en la profecía de todos los tiempos se predica al Padre y al Hijo; pero ahí está también el Espíritu Santo y por eso se ha añadido: *O tres. Yo y el Padre*, dice, *somos una única cosa*; pero ni hablar de que falta el Espíritu Santo, cuando oímos: *Yo y el Padre somos una única cosa*. Sin embargo, porque ha nombrado al Padre y al Hijo, cojan *las hidrias dos metretas*; pero oye: *o tres. Id, bautizad a las naciones en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo*. Así pues, cuando se dice “dos”, no se expresa la Trinidad, pero se entiende; en cambio, cuando se dice “o tres”, también se expresa¹³³.

¹³¹ Nam quod habes, habuit et Simon magus: Actus Apostolorum testes sunt, ille liber canonicus omni anno in **Ecclesia** recitandus. Anniversaria solemnitate post passionem Domini nostis illum librum recitari, ubi scriptum est quomodo conversus sit Apostolus, et ex persecutore praedicator factus: ubi etiam die Pentecostes missus est Spiritus sanctus in linguis divisus velut ignis. Ibi legimus multos credidisse in Samaria per praedicationem Philippi: intellegitur autem sive unus ex Apostolis, sive ex diaconis; quia septem ibi diaconos legimus ordinatos, inter quos est etiam nomen Philippi. Per Philippi ergo praedicationem crediderunt Samaritae; Samaria coepit abundare fidelibus: ibi erat iste Simon magus; per magicas factiones suas dementaverat **populum**, ut eum virtutem Dei putarent: commotus tamen signis quae a Philippo fiebant, etiam ipse credidit; sed quomodo ipse crediderit, posteriora sequentia demonstraverunt: baptizatus est autem et Simon. Audierunt hoc Apostoli, qui erant Ierusalem; missi sunt ad illos Petrus et Ioannes, invenerunt multos baptizatos: et quia nullus ipsorum adhuc acceperat Spiritum sanctum, sicut tunc descendebat, ad ostendendam significationem **gentium** crediturarum, ut linguis loquerentur in quos descendebat Spiritus sanctus; imposuerunt illis manus orantes pro eis, et acceperunt Spiritum sanctum. Simon ille, qui non erat in **Ecclesia** columba, sed corvus, quia ea quae sua sunt quaerebat, non quae Iesu Christi; unde in Christianis potentiam magis amaverat quam iustitiam, vidit per impositionem manuum Apostolorum dari Spiritum sanctum (non quia ipsi dabant, sed quia ipsis orantibus datus est), et ait Apostolis: *Quid vultis a me accipere pecuniae, ut et per impositionem manuum mearum detur Spiritus sanctus?* Et ait illi Petrus: *Pecunia tua tecum sit in perditionem; quoniam donum Dei putasti pecunia comparandum. Cui dicit: Pecunia tua tecum sit in perditionem?* Utique baptizato. Iam Baptisma habebat: sed columbae visceribus non haerebat. Audi quia non haerebat; verba ipsa Petri apostoli adverte: sequitur enim: *Non est tibi pars neque sors in hac fide; in felle enim amaritudinis video te esse*. Columba fel non habet: Simon habebat; ideo separatus erat a columbae visceribus. Baptisma illi quid proderat? Noli ergo de Baptismate gloriari, quasi ex ipso salus tibi sufficiat: noli irasci, depone fel, veni ad columbam; hic tibi proderit quod foris non solum non proderat, sed etiam operat.

¹³² Item alio loco, cum etiam palpari se manibus discipulorum voluit, ut crederent quia in corpore resurrexerat: *Hi sunt*, inquit, *sermones, quos locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quia oporteret impleri omnia quae scripta sunt in Lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me. Tunc adaperuit illis sensum, ut intellegerent Scripturas, et dixit illis: Quia sic scriptum est, pati Christum, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine eius poenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipiens ab Ierusalem.*

¹⁸¹ Sed quod adiunxit, atque ait: *Nunc autem excusationem non habent de peccato suo*, potest movere quaerentes, utrum hi ad quos non venit Christus, nec locutus est eis, habeant excusationem de peccato suo. Si enim non habent, cur hic dictum est propterea istos non habere, quia venit et locutus est eis? Si autem habent, utrum ad hoc habeant ut a poenis alienentur, an ut mitius puniantur? Ad haec inquisita pro meo captu, Domino donante, respondeo, habere illos excusationem, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato quo in Christum non crediderunt, ad quos non venit, et quibus non est locutus. Sed non in eo sunt numero hi ad quos in discipulis venit, et quibus per discipulos est locutus, quod et nunc facit: nam per **Ecclesiam** suam venit ad **Gentes**, et per **Ecclesiam** loquitur **Gentibus**. Ad hoc enim pertinet quod ait: *Qui vos recipit, me recipit*: et: *Qui vos spernit, me spernit*. An vultis, inquit apostolus Paulus, *experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus?*

¹⁸² Restat inquirere utrum hi qui priusquam Christus in **Ecclesia** veniret ad **Gentes**, et priusquam Evangelium eius audirent, vitae huius fine praeveniti sunt, seu praeveniuntur, possint habere hanc excusationem? Possunt plane, sed non ideo possunt effugere damnationem. *Quicumque enim sine Lege peccaverunt, sine Lege et peribunt: et quicumque in Lege peccaverunt, per Legem iudicabuntur*. Quae quidem Apostoli verba, quoniam id quod ait, *peribunt*, terribilius sonat quam quod ait, *iudicabuntur*; quae solum nihil adiuvere hanc excusationem videntur ostendere, verum etiam plus gravare. Qui enim se quia non audierunt, excusabunt, *sine Lege peribunt*.

santos; ahora bien, la diversidad de suplicios es tanta cuanta la de pecados. Sobre cómo está ella, la sabiduría divina juzga más profundamente de lo que la conjetura humana escruta o determina. Esos a quienes ha venido y a quienes ha hablado Cristo, respecto al gran *pecado* de incredulidad ciertamente *no tienen* esa *excusa* con que puedan decir: “No hemos visto, no hemos oído”, ora no aceptarse esta excusa ese cuyos *juicios son inescrutables*, ora la aceptase, aun cuando no para librarlos de toda condena, ciertamente para condenarlos un poco más lenemente¹⁸³.

Tratado XCII, 1: En efecto, *el Espíritu Santo* vino el día de *Pentecostés* a *ciento veinte* personas congregadas, entre los que *estaban las lenguas* de todas las gentes, muchos de estos que habían odiado, *estupefactos* por *milagro* tan grande- pues vieron que *Pedro, al hablar*, daba a Cristo un testimonio tan grande y divino, que se demostraba que había resucitado y vivía el que, *asesinado* por ellos, era contado *entre los muertos*-, *compungidos de corazón se convirtieron* y recibieron *el perdón* de tan valiosa sangre derramada tan impía y espantosamente, *redimidos por la sangre* misma que derramaron. En efecto, *la sangre de Cristo* de ha derramado *para la remisión de los pecados*, de forma que puede borrar aun el pecado mismo mediante el que se ha derramado.

Al fijar, pues, su mirada en éste, decía el Señor: “*Me odiaron gratis. Pues bien, cuando haya venido el Paráclito, él dará testimonio de mí*”, como si dijera: “*Me odiaron y asesinaron cuando me veían; pero el paráclito dará de mí testimonio* tal, que los hará creer en mí *sin que me vean*”¹⁸⁴.

Tratado XCII, 2: *También vosotros*, afirma, *daréis testimonio porque desde el inicio estáis conmigo*. Lo *dará* el Espíritu Santo, lo *daréis también vosotros*. En efecto, porque *desde el inicio estáis conmigo* podéis predicar lo que conocéis, pero la plenitud de ese

¹⁸³ Sed utrum hi qui cum audirent, contempserunt, vel etiam restiterunt, nec tantum contradicendo, sed et eos a quibus audierunt odiis persequendo, in eis deputandi sunt de quibus aliquid levius videtur sonuisse quod dictum est, *per Legem iudicabuntur*, merito quaeritur. Sed si aliud est perire sine Lege, aliud iudicari per Legem, et illud est gravius, hoc autem levius; procul dubio non sunt isti in hac poena levioere ponendi, quia neque in Lege peccaverunt, sed omnino Legem Christi accipere noluerunt, et eam quantum ad ipsos attinet, omnino nullam esse voluerunt. Illi autem peccant in Lege, qui sunt in Lege, id est, qui eam suscipiunt, eamque sanctam, et mandatum sanctum et iustum et bonum fatentur; sed infirmitate non implent quod ab ea rectissime praecipitur dubitare non possunt. Hi sunt qui aliquo modo forsitan possunt ab eorum, qui sine Lege sunt, perditione discerni: si tamen quod Apostolus ait, *per Legem iudicabuntur*, sic accipiendum est tamquam dixerit, non peribunt; quod mirum si ita est. Neque enim de infidelibus et fidelibus erat sermo ut hoc diceret, sed de **Gentibus** et Iudaeis: qui certe utrique nisi in eo Salvatore salventur, qui venit quaerere quod perierat, ad perditionem sine dubio pertinebunt. Quamvis dici possit, alios gravius, alios levius perituros, id est, alios graviores, alios leviores poenas in sua perditione passuros. Ille enim perire Deo dicitur, quisquis ab illa beatitudine quam dat sanctis suis, per supplicium separatur: tanta est autem suppliciorum, quanta est diversitas peccatorum; quae quomodo se habeat, altius iudicat sapientia divina, quam coniectura scrutatur aut effatur humana. Isti certe ad quos venit, et quibus locutus est Christus, non habent de magno infidelitatis peccato illam excusationem, qua possint dicere: Non vidimus, non audivimus: sive non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscrutabilia sunt iudicia, sive acceptaretur, et si non ut ab omni damnatione liberarentur, certe ut aliquanto lenius damnarentur.

¹⁸⁴ Venit enim die Pentecostes Spiritus sanctus in centum viginti homines congregatos, in quibus et Apostoli omnes erant, qui illo adimpleti cum linguis omnium **gentium** loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto miraculo stupefacti (quandoquidem viderunt loquente Petro tam magnum atque divinum testimonium perhiberi de Christo, ut ille qui occisus ab eis inter mortuos deputabatur, resurrexisse et vivere probaretur), compuncti corde conversi sunt; et tanti sanguinis tam impie atque immaniter fusi indulgentiam peccatorum, ipso redempti sanguine quem fuderunt. Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum posset delere quo fusus est. Hoc ergo intuens Dominus dicebat: *Odio habuerunt me gratis: cum autem venerit Paracletus, ille testimonium perhibebit de me*: tamquam diceret: Odio me habuerunt, et occiderunt videntes; sed tale de me Paracletus testimonium perhibebit, ut eos faciat in me credere non videntes.

Espíritu no os asiste aún; así, no lo cumplís de momento. *Él*, pues, *dará testimonio de mí; también vosotros lo daréis*, pues el aplomo para dar *testimonio* os lo dará la *caridad de Dios derramada en vuestros corazones mediante el Espíritu Santo que os será dado*. Evidentemente, ella faltó todavía a Pedro cuando, espantado por la pregunta de la criada, no pudo dar *testimonio verdadero*, sino que, contra su promesa, *un temor grande* lo empujó a negar tres veces. Pues bien, *en la caridad no hay ese temor, sino que la caridad perfecta echa fuera el temor*. Por esto, antes de la pasión del Señor, su temor servil fue interrogado por una mujer de servicio; en cambio, *tras la resurrección* del Señor, su amor liberal fue interrogado por el Príncipe de la Libertad en persona. También por eso se turbaba allí, aquí se tranquilizaba; allí negaba a quien él quería, aquí quería a quien él había negado. Pero aun ese amor mismo había sido entonces aún débil y estrecho, hasta que lo robusteciera y dilatase el Espíritu Santo.

Éste, después de haberle sido infundido por la abundancia de una gracia muy amplia, para dar testimonio de Cristo inflamó su otrora frío pecho y abrió las antes alarmadas bocas que habían callado la verdad, de forma que, aunque todos a los que había venido *el Espíritu Santo* hablaban *en las lenguas* de todas las gentes, Pedro fue el único que, en comparación con los demás, se lanzó más claramente a dar testimonio de Cristo *a las turbas* de los judíos, *las cuales estaban alrededor*, y confundió con la resurrección de aquél a sus asesinos. Si a alguien deleita contemplar tal espectáculo tan suavemente santo, lea Hechos de los Apóstoles. Ahí, al bienaventurado Pedro a quien había compadecido por negar, sorprendido contéplelo predicar; ahí vea que, trasladada de la desconfianza al aplomo, *de la servidumbre a la libertad*, a tantas lenguas de enemigos convierte a la confesión de Cristo esa lengua que, no siendo capaz de soportar a una sola de ellas, se había vuelto a la negación. ¿Para qué decir más? En aquél aparecían tan gran fulgor de la gracia, tanta plenitud del Espíritu Santo; de la boca del predicador procedían tan grandes cantidades de preciosísima verdad, que a una muchedumbre de judíos adversarios, asesinos de Cristo, respecto a los que temía que lo matasen con él, la hizo presta a morir por él.

Esto hizo el Espíritu Santo, enviado entonces, prometido antes. Esos beneficios suyos, grandes y admirables, preveía el Señor cuando decía: *Han visto y me han odiado a mí y a mi Padre; pero ¡que se cumpla la palabra que está escrita en la ley de ellos: “Que me odiaron gratis”! Cuando, por su parte, hubiere venido el Paráclito que yo os enviaré desde el Padre, el Espíritu de la verdad, el cual procede del Padre, él dará testimonio de mí; también vosotros daréis testimonio*. Efectivamente, él, al dar *testimonio* y hacer fortísimos a los testigos, ha quitado a los amigos de Cristo el temor y ha convertido en amor *el odio* de sus enemigos¹⁸⁵.

¹⁸⁵ *Et vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Perhibebit Spiritus sanctus, perhibebitis et vos. Quia enim ab initio mecum estis, potestis praedicare quod nostis: quod ut modo non faciatis, illius Spiritus plenitudo nondum adest vobis. Ille ergo testimonium perhibebit de me, et vos perhibebitis: dabit enim vobis fiduciam testimonium perhibendi caritas Dei diffusa in cordibus vestris per Spiritum sanctum qui dabitur vobis. Quae utique Petro adhuc defuit, quando mulieris ancillae interrogatione perterritus, non potuit verum testimonium perhibere; sed contra suam pollicitationem timore magno compulsus est ter negare. Timor autem iste non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem. Denique ante passionem Domini, servilis timor eius interrogatus est a femina servitutis; post resurrectionem vero Domini liberalis eius amor ab ipso Principe libertatis: et ideo ibi turbabatur, hic tranquillabatur; ibi quem dilexerat negabat, hic quem negaverat diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipse infirmus fuerat et angustus, donec eum roboraret et dilataret Spiritus sanctus. Qui posteaquam illi est abundantia gratiae largioris infusus, sic ad perhibendum de Christo testimonium quondam eius frigidum pectus accendit, atque illa prius trepida quae veritatem suppresserant, ora reseravit, ut cum omnes in quos venerat Spiritus sanctus, linguis omnium gentium loquerentur, Iudaeorum circumstantibus turbis, solus ad testimonium de Christo perhibendum prae caeteris promptius emicaret, eiusque interfectores de illius resurrectione confunderet. Si quem delectat tam suaviter sanctum tale spectaculum intueri, Actus*

Tratado XCIII, 3: Me parece absolutamente que no ha querido indicar otra cosa, sino que entendieran y de lo entendido se gozasen- que ellos, cuando los arrojasen de *las congregaciones de los judíos*, iban a adquirir para Cristo *a muchos*, tantos que no bastaría arrojarlos, sino que no les permitirían vivir, no fuese que con su predicación convirtieran a todos al nombre de Cristo y los apartasen de la observancia del judaísmo cual de la verdad divina. De hecho, debemos entender que esto está dicho de los judíos, acerca de los que había dicho “*De vosotros harán excluidos de las sinagogas*”, porque, aunque los gentiles mataron a los testigos, esto es, a los mártires de Cristo, aquéllos, cuando hacían esto, estimaron empero *ofrecer* ellos *homenaje* no a Dios, sino a sus dioses falsos; en cambio, todo el que de entre los judíos mata a los predicadores de Cristo, ha supuesto *ofrecer él a Dios homenaje*, pues creía que abandonarían al Dios de Israel cualesquiera que se convirtieran a Cristo. De hecho, esta razón los indujo a matar incluso a Cristo mismo, porque sobre este asunto están escritas las palabras de ellos: “*Veis que el mundo entero se marchó tras él; si lo dejáremos vivir, vendrán los romanos y nos quitarán el lugar y la nación*”, y también lo que Caifás dijo: *Conviene que un único hombre muera por el pueblo, y no que perezca entera la nación*. A sus discípulos, pues, a quienes había dicho: “*Si me persiguieron, también a vosotros os perseguirán*”, también mediante esta frase lo ha alentado con su ejemplo, en el sentido de que como supusieron que matándole ofrecían ellos *homenaje a Dios*, así también matándolos¹⁸⁶.

Tratado XCIII, 4: Así pues, en estas palabras hay este sentido: “*Os harán excluidos de las sinagogas; pero no temáis la soledad, ya que, separados de la congregación de ellos, congregareis en mi nombre a muchos*, tantos que ellos, temerosos de que se abandonen el templo que había donde ellos y todos los sacramentos de la Ley vieja, *os maten* al derramar vuestra sangre de forma que estimen *ofrecer* ellos *homenaje a Dios*”. He ahí que eso significa lo que de éstos ha dicho el Apóstol: *Tienen celo por Dios, pero no*

Apostolorum legat: ibi beatum Petrum quem negantem doluerat, stupeat praedicantem; ibi linguam illam videat ad fiduciam a diffidentia, et ad libertatem a servitute translata, tot linguas inimicorum convertere ad Christi confessionem, quarum non valendo unam ferre, versa fuerat in negationem. Quid plura? Tantus in illo fulgor gratiae, tanta Spiritus sancti plenitudo apparebat, tanta de ore praedicantis pretiosissimae veritatis pondera procedebant, ut ingentis multitudinis adversarios interfectores Christi Iudaeos faceret pro illo paratos mori, a quibus cum illo formidabat occidi. Hoc fecit Spiritus sanctus tunc missus, ante promissus. Ista Dominus magna atque miranda sua beneficia praevidebat, quando dicebat: *Et viderunt, et oderunt et me et Patrem meum: ut adimpleatur sermo qui in Lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit Paracletus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me; et vos testimonium perhibebitis*. Ille quippe testimonium perhibens et testes fortissimos faciens, abstulit Christi amicis timorem, et inimicorum odium convertit in amorem.

¹⁸⁶ Prorsus non mihi videtur aliud significare voluisse, nisi ut intellegent atque gauderent tam multos se Christo acquisituros, cum de Iudaeorum congregationibus pellerentur, ut eos non sufficeret pellere, sed non sinerent vivere, ne omnes ad nomen Christi sua praedicatione converterent, et ab observatione Iudaismi, tamquam divinae veritatis, averterent. Hoc enim de Iudaeis dictum debemus accipere, de quibus dixerat: *Extra synagogas facient vos*. Nam testes, id est martyres Christi, etiamsi occisi sunt a **Gentilibus**; non tamen illi arbitrati sunt Deo, sed diis suis falsis obsequium se praestare, cum haec facerent. Iudaeorum autem omnis qui occidit praedicatores Christi, Deo se praestare putavit obsequium; credens quod desererent Deum Israel, quicumque converterentur ad Christum. Ut enim et ipsum Christum occiderent, ista ratione commoti sunt: nam eorum de hac re etiam verba conscripta sunt. *Videtis quia totus mundus post eum abiit: si dimiserimus eum vivere, venient Romani, et tollent nobis et locum et gentem*. Et quod Caiphás dixit: *Expediit ut unus homo moriatur pro populo, et non tota gens pereat*. Et in hoc ergo sermone suos discipulos suo erexit exemplo, quibus dixerat: *Si me persecuti sunt, et vos persequentur*; ut quemadmodum illum occidendo, Deo se praestitisse obsequium putaverunt, sic etiam illos.

según conocimiento: suponen *ofrecer* ellos *homenaje a Dios*, matando a los siervos de Dios. ¡Oh error horrendo! Para agradar a Dios golpeas a quien agrada a Dios y, tú que lo hieres, abates *el templo vivo de Dios*, para que no sea abandonado el templo lapídeo de Dios, ¿no es así? ¡Oh execrable ceguera! Pero ésta *aconteció parcialmente en Israel*, para que *entrara la totalidad de las gentes*; *aconteció parcialmente*, repito, no íntegramente, pues no todas, sino *algunas de las ramas se rompieron* para que fuese injertado el *acebuche*. Efectivamente, porque *el Espíritu Santo* llenó a los discípulos de Cristo, como hablasen *en las lenguas* de todas las gentes, como mediante ellos se multiplicasen los divinos milagros y se esparciesen los dichos divinos, Cristo, aun asesinado, fue querido de forma que sus discípulos, expulsados de *las congregaciones de los judíos*, congregaron incluso de entre judíos mismos una ingente multitud y no temieron soledad alguna.

Irritado por esto los demás, *réprobos y ciegos* que tenían *celo por Dios*, pero no *según conocimiento*, y creían *ofrecer* ellos a *Dios homenaje*, los asesinaban. Pero los reunía el Asesinado en favor de ellos, el cual, antes de ser asesinado, los había instruido acerca de estos hechos futuros, para que a los ánimos ignorantes y desprevenidos no los turbasen males inopinados e imprevistos, aunque iban a pasar pronto, sino que, preconocidos y aceptados pacientemente, los condujesen a los bienes sempiternos. De hecho, que ésta fue la causa de preanunciárselos, incluso él mismo lo ha demostrado al añadir: *Pero os he hablado de estas cosas para que, cuando haya venido la hora de ellos, recordéis que yo os las dije*. Hora tenebrosa, hora nocturna *la hora de ellos*. Pero *de día mandó el Señor su misericordia y de noche la declaró*, cuando la noche de los judíos no ofuscó con confusión alguna el día de los cristianos, separado de aquélla, y cuando pudo matar su carne, mas no pudo entenebrececer su fe¹⁸⁷.

Tratado XCV, 1: El Señor, al prometer que él iba a enviar el Espíritu Santo, afirma: *Cuando haya venido él, acusará al mundo respecto a pecado y respecto a justicia y respecto a juicio*. ¿Qué significa esto? El Señor Cristo ¿tal vez nos acusó *al mundo respecto a pecado* cuando aseveró: *Si no hubiese venido y les hubiese hablado, no tendrían pecado; ahora, en cambio, no tienen excusa de su pecado*? Pero, para que alguien no diga quizá que esto se refiere propiamente a los judíos, no al mundo, ¿acaso no aseveró en otro lugar: *Si fueseis del mundo, el mundo amaría lo que era suyo*? ¿Tal

¹⁸⁷ Iste itaque sensus est in his verbis: *Extra synagogas facient vos*; sed nolite solitudinem formidare: separati quippe a congregatione eorum, tam multos in nomine meo congregabitis, ut illi metuentes ne templum quod erat apud eos, et omnia Legis veteris sacramenta deserantur, interficiant vos; sic fundentes sanguinem vestrum, ut Deo se praestare arbitrentur obsequium. Ecce est illud quod de his dixit Apostolus: *Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam*: obsequium se putant praestare Deo, interficiendo famulos Dei. O error horrendus! Itane ut placeas Deo, percutis placentem Deo; et templum Dei vivum te feriente prosternitur, ne Dei templum lapideum deseratur? O execrabilis caecitas! Sed ex parte in Israel facta est, ut plenitudo **Gentium** intraret: ex parte, inquam, facta est, non ex toto. Non enim omnes, sed aliqui ex ramis fracti sunt, ut insereretur oleaster. Nam Spiritu sancto implente discipulos Christi, cum linguis omnium **gentium** loquerentur, cum per eos divina miracula frequentarentur, et divina eloquia spargerentur, etiam occisus ita dilectus est Christus, ut eius discipuli expulsi a congregationibus Iudaeorum, ex ipsis quoque Iudaeis ingentem multitudinem congregarent, et nullam solitudinem formidarent. Hinc ergo accensi caeteri reprobi et caeci, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, et obsequium se praestare Deo credentes, occidebant eos. Sed pro illis occisus colligebat eos; qui de his futuris, antequam occideretur, instruxerat eos, ne ignaros atque imparatos animos mala inopinata et improvisa, quamvis cito transitura, turbarent, sed praecognita et patienter accepta ad bona sempiterna perducerent. Hanc enim fuisse causam ut haec eis praenuntiaret, etiam ipse demonstravit adiungens: *Sed haec locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis*. Hora eorum hora tenebrosa, hora nocturna. Sed *in die mandavit Dominus misericordiam suam, et in nocte declaravit*: quando nox Iudaeorum separatam a se diem Christianorum nulla confusione fuscavit; et quando carnem occidere potuit, fidem tenebrare non potuit.

vez no lo acusó *respecto a justicia* cuando aseveró: *Padre justo, el mundo no te conoció?* ¿Tal vez no lo acusó *respecto a juicio* cuando aseveró que él iba a decir a los de la izquierda: *Id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles?* En el santo evangelio se descubren también muchos otros pasajes donde Cristo acusa de estas cosas *al mundo*. ¿Qué significa, pues, que, por así decirlo, atribuya propiamente al Espíritu Santo esto? ¿Parece acaso que, porque Cristo habló sólo entre la gente de los judíos, no ha acusado *al mundo*, de forma que se entienda que se acusa al que oye al acusador? Al contrario, se entiende que, mediante sus discípulos derramados por *el orbe entero*, el Espíritu Santo ha acusado no a una única gente sino *al mundo*, porque cuando iba a ascender al cielo les dijo esto: *No os toca saber los tiempos o momentos que el Padre puso en su potestad; pero recibiréis fuerza del Espíritu Santo que caerá de improviso sobre vosotros, y seréis mis testigos en Jerusalén y en Judea entera y en Samaría y hasta los confines de la tierra*. Esto significa acusar *al mundo*.

Pero, pues el Apóstol grita: “¿O queréis recibir una prueba de este que en mí habla, Cristo?, ¿quién osará decir que mediante los discípulos de Cristo acusa *al mundo* el Espíritu Santo y que no lo acusa Cristo en persona? Así pues, a quienes acusa el Espíritu Santo, los acusa, evidentemente, también Cristo, pero, porque *mediante el Espíritu Santo* iba a ser derramada *en los corazones* de ellos *la caridad*, la cual *echa fuera al temor* que podría impedirles acusar *al mundo* que bramaba de persecuciones, ha dicho –hasta donde me parece–: “*Él acusará al mundo*”, precisamente cual si dijera: “*Él derramará en vuestros corazones la caridad; así, en efecto, expulsado el temor, tendréis libertad para acusar*”. Ahora bien, frecuentemente he dicho que las obras de la Trinidad son inseparables, pero que ha de hacerse valer a las personas, una a una, para que a la unidad y a la Trinidad se las entienda no sólo sin separación, sino también sin confusión¹⁸⁸.

Tratado XCVIII, 2: Primero, pues, Vuestra Caridad debe saber que sobre Cristo crucificado mismo, respecto al cual dice el Apóstol haber él alimentado como con esa leche a los pequeñines; sobre su carne misma, por otra parte, en la que sucedieron su verdadera muerte y las heridas de horadado verdaderas y sobre su *sangre* de herido, los carnales no piensan del mismo modo que los espirituales; además debe saber que eso es

¹⁸⁸ Promittens Dominus missurum se Spiritum sanctum: *Cum venerit, inquit, ille arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio*. Quid est hoc? Numquidnam Dominus Christus non arguit mundum de peccato, cum ait: *Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo?* Sed ne quis forte dicat hoc ad Iudaeos proprie pertinere, non ad mundum; nonne ait alio loco: *Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret?* Numquid non arguit de iustitia, ubi ait: *Pater iuste, mundus te non cognovit?* Numquid non arguit de iudicio, ubi se ait sinistris esse dicturum: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius?* Et multa alia reperuntur in sancto Evangelio, ubi de his Christus arguit mundum. Quid est ergo quod tamquam proprie tribuit hoc Spiritui sancto? An forte, quia Christus in Iudaeorum tantum **gente** locutus est, mundum non videtur arguisse, ut ille intellegatur argui qui audit arguentem? Spiritus autem sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis, non unam **gentem** intellegitur arguisse, sed mundum. Nam hoc illis ait ascensurus in coelum: *Non est vestrum scire tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem, et in tota Iudaea, et in Samaria, et usque in fines terrae*. Hoc est arguere mundum. Sed quis audeat dicere quod per discipulos Christi arguit mundum Spiritus sanctus, et non arguat ipse Christus; cum clamet Apostolus: *An vultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus?* Quos itaque arguit Spiritus sanctus, arguit utique et Christus. Sed quantum mihi videtur, quia per Spiritum sanctum diffundenda erat caritas in cordibus eorum, quae foras mittit timorem, quo impediri possent ne arguere mundum qui persecutionibus fremebat, auferent; propterea dixit: *Ille arguet mundum*: tamquam diceret: Ille diffundet in cordibus vestris caritatem; sic enim timore depulso, arguendi habebitis libertatem. Saepe autem diximus inseparabilia opera esse Trinitatis; sed singillatim commendandas fuisse personas, ut non solum sine separatione, verum etiam sine confusione et unitas intellegatur et Trinitas.

para aquéllos leche y para éstos comida porque, aun si no oyen más, entienden más. En efecto, la mente no percibe igualmente ni aun lo que de igual manera reciben *por la fe* unos y otros. Así sucede que Cristo crucificado, predicado por los apóstoles, era *escándalo para los judíos* y *estulticia para las gentes*, mas *para los llamados mismos, judíos y griegos*, *Fuerza de Dios* y *Sabiduría de Dios*; pero para los *carneles*, los *pequeñines*, que mantenían esto creyéndolo sólo y, en cambio, para los *espirituales*, los más capaces, que lo percibían entendiéndolo también, para aquéllos, pues, era como bebida láctea y para éstos como comida sólida, no porque aquéllos lo conocieron de una manera, entre las multitudes, y éstos de otra, en cubículos, sino porque unos y otros lo oían de idéntico modo cuando se decía abiertamente, mas cada uno lo captaba a su modo. En efecto, porque Cristo ha sido crucificado precisamente a fin de derramar *para la remisión de los pecados* la sangre –para que *nadie se gloríe en el hombre*, elogia a la divina gracia esta pasión *de su Unigénito-*, ¿cómo entendían *a Cristo crucificado* quienes decían aún: *Yo soy de Pablo?* ¿Acaso como Pablo mismo, quien decía: *Por mi parte, lejos de mí gloriarme a no ser en la cruz de nuestro Señor Jesucristo?* Así pues, de este Cristo crucificado mismo tomaba él comida, según su capacidad, y con *leche* los nutría según la debilidad de ellos¹⁸⁹.

Tratado CV, 1: Pues bien, porque mediante *el Evangelio de Cristo* sucedió esto –que mediante el Hijo se diera a conocer el Padre-, en verdad ha esclarecido al Padre también el *Hijo*. Si, en cambio, el Hijo hubiese muerto sólo, mas no hubiese resucitado, sin duda no habría sido esclarecido por el Padre ni él habría esclarecido al Padre; en cambio, ahora con la resurrección ha sido esclarecido por el Padre. Esto lo descubre ciertamente el orden mismo de las palabras; afirma: *“Esclarece a tu Hijo, para que tu Hijo te esclarezca”*, como si dijera: *“Resucítame, para que mediante mí te des a conocer al orbe entero”*¹⁹⁰.

Tratado CV, 5: Efectivamente, él mismo ha esclarecido *sobre la tierra* al Padre, predicándolo a las gentes; en cambio, el Padre lo ha esclarecido *junto* a sí mismo, colocándolo a su diestra. Pero después, donde asevera: *“Yo te esclarecí”*, respecto a esclarecer al Padre ha preferido poner un verbo de tiempo pretérito, precisamente para mostrar que en la predestinación ha sucedido ya y que ha de tenerse por ya sucedido lo

¹⁸⁹ Primum ergo scire debet Caritas vestra, quod ipse Christus crucifixus, quo velut lacte parvulos aluisse se dicit Apostolus; ipsa vero caro eius, in qua facta est vera mors eius et vulnera vera confixi, sanguisque percussi, non eo modo a carnalibus quo ab spiritalibus cogitatur, et illis est lac, istis cibus; quia et si non audiunt amplius, intellegunt amplius. Non enim aequaliter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab utrisque recipitur. Ita fit ut praedicatus ab Apostolis Christus crucifixus, et Iudaeis esset scandalum, et **Gentibus** stultitia, et ipsis vocatis Iudaeis et Graecis Dei Virtus et Dei Sapientia: sed carnalibus parvulis id tantum credendo tenentibus, spiritalibus autem capacioribus id etiam intellegendo cernentibus; illis ergo tamquam lacteus potus, istis tamquam solidus cibus: non quia hoc illi aliter in **populis**, isti aliter in cubiculis cognoverunt; sed quod eodem modo utriusque cum palam diceretur audiebant, pro suo modo quique capiebant. Cum enim Christus propterea sit crucifixus, ut in remissionem peccatorum sanguinem funderet, qua eius Unigeniti passione divina gratia commendatur, ut nemo in homine glorietur; quomodo intellegebant Christum crucifixum qui adhuc dicebant: *Ego sum Pauli?* Numquid quomodo ipse Paulus qui dicebat: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi?* De ipso itaque Christo crucifixo, et ipse cibus pro sua capacitate sumebat, et illos lacte pro eorum infirmitate nutrebat.

¹⁹⁰ Hoc autem quia per Evangelium Christi factum est, ut per Filium Pater innotesceret **gentibus**; profecto Patrem clarificavit et Filius. Si autem tantummodo mortuus fuisset Filius, nec resurrexisset, procul dubio nec a Patre clarificatus esset, nec Patrem clarificasset: nunc autem resurrectione clarificatus a Patre, resurrectionis suae praedicatione clarificat Patrem. Hoc quippe aperit ordo ipse verborum: *Clarifica, inquit: Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*; tamquam diceret: Resuscita me, ut innotescas toti orbi per me.

que certísimamente iba a suceder, esto es, que, glorificado *junto* al Padre por el Padre, también el Hijo glorificaría *sobre la tierra* al Padre¹⁹¹.

Tratado CVI, 1: De estas palabras del Señor que están así: *Manifesté tu nombre a los hombres que del mundo me diste*, voy a disertar en este sermón, como él concediere. Si lo dice sólo de estos discípulos con quienes cenó y a quienes, antes que comenzase a orar, habló de tan numerosas cosas, esto no se refiere a ese esclarecimiento –o, según otros han traducido, glorificación– acerca del que hablaba más arriba, con el cual esclarece o glorifica al Padre *el Hijo*. En efecto, ¿cuánta o qué clase de gloria es haberse dado a conocer a doce o, mejor dicho, a *once* mortales? Si, en cambio, quiso que, respecto a lo que asevera: “*Manifesté tu nombre a los hombres que del mundo me diste*”, se entiendan todos –también *quienes* iban a *creer en él*, pertenecientes a su gran Iglesia que iba a provenir de todas las gentes, acerca de la cual se canta en un salmo: “*En la Iglesia grande te alabaré*”–, lisa y llanamente es ése el esclarecimiento con que *el Hijo* esclarece al Padre cuando hace que *todas las gentes* y tan numerosas generaciones de hombres *conozcan el nombre* de éste. Y generaciones de hombres *conozcan el nombre* de éste. Y esto que asevera: “*Manifesté tu nombre a los hombres que del mundo me diste*”, es tal cual eso que había dicho poco antes: “*Yo te esclarecí sobre la tierra*”, de modo que allí y aquí pone en vez del tiempo futuro el pretérito, como quien sabía que estaba predestinado que esto sucediese y, por eso, dice que él había hecho lo que sin duda alguna iba a hacer¹⁹².

Tratado CVI, 4: Efectivamente, porque se dice que es Dios de toda la creación, este nombre no pudo de ningún modo ser desconocido tampoco para ninguna de las gentes antes que creyeran en Cristo, pues la fuerza de la divinidad auténtica es ésta: que no puede esconderse en absoluto y completamente a la criatura racional que usa ya la razón. En efecto, exceptuados los pocos en quienes la naturaleza está depravada en exceso, el entero género humano confiesa a Dios como autor de este mundo. Porque, pues, *hizo* visible en cielo y tierra este *mundo*, *Dios es conocido* para todas las gentes, aun antes de ser imbuidas en *la fe de Cristo*. Por otra parte, porque para deshonor de él no ha de adorársele con dioses falsos, *conocido en Judea es Dios*. En cambio, porque es el Padre de este Cristo mediante el cual *quita el pecado del mundo*, a esos *que del mundo* le dio el Padre mismo, manifestó ahora este *nombre* suyo, oculto antes a todos.

¹⁹¹ Ipse quippe Patrem clarificavit super terram, eum **gentibus** praedicando; Pater vero ipsum apud semetipsum, ad suam dexteram collocando. Sed ideo postea de clarificando Patre ubi ait: *Ego te clarificavi*, verbum praeteriti temporis ponere maluit, ut monstraret in praedestinatione iam factum, et pro iam facto habendum quod certissime fuerat futurum; id est, ut a Patre apud Patrem glorificatus, Patrem super terram glorificaret et Filius.

¹⁹² De his verbis Domini, sicut ipse donaverit, sermone isto disputaturi sumus, quae ita se habent: *Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo*. Quod si de his tantum dicit discipulis cum quibus coenavit, et ad quos antequam orare inciperet, tam multa locutus est; non pertinet hoc ad illam clarificationem, sive ut alii interpretati sunt, glorificationem, de qua superius loquebatur, qua Filius clarificat vel glorificat Patrem. Quanta est enim vel qualis gloria, duodecim vel undecim potius innotuisse mortalibus? Si autem quod ait: *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo*, omnes intellegi voluit, etiam qui in eum fuerant credituri, ad eius magnam quae futura erat ex omnibus **gentibus Ecclesiam** pertinentes, de qua in Psalmo canitur: *In Ecclesia magna confitebor tibi*; est plane ista clarificatio qua Filius clarificat Patrem, cum eius nomen notum facit omnibus **gentibus**, et tam multis generationibus hominum. Et tale est hoc quod ait: *Manifestavi novem tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo*, quale illud quod paulo ante dixerat: *Ego te clarificavi super terram*; pro tempore futuro et illic et hic praeteritum ponens, sicut qui sciret praedestinatum esse ut id fieret, et ideo fecisse dicens se quod erat sine ulla dubitatione facturum.

Pero ¿cómo lo manifestó, si aún no *viene* la hora acerca de la que más arriba había dicho que vendría *una hora cuando ya no os hablaré en parábolas*, afirma, *sino que abiertamente os informaré sobre mi Padre*? ¿O se tendrá por verdaderamente manifiesta una información *en parábolas*? ¿Por qué, pues, está dicho “*abiertamente os informaré*”, sino porque *en parábolas* no es *abiertamente* y, en cambio, lo que no se oculta *en parábolas*, sino que se manifiesta con palabras, sin duda se dice *abiertamente*? ¿Cómo, pues, manifestó lo que aún no dijo *abiertamente*? Por ende, ha de entenderse como aquello: *Os di a conocer todas las cosas que oí a mi Padre* –está puesto en vez del tiempo futuro el pretérito-; aún no lo había hecho, pero hablaba cual si hubiera hecho lo que sabía que estaba inmovilmente prefijado que haría¹⁹³.

Tratado CXIV, 5: Por otra parte, respecto a lo que el evangelista Juan añade, *Para que se cumpliera la palabra de Jesús, la que dijo para indicar con qué muerte iba a morir*, si queremos interpretar aquí la muerte de cruz, cual si los judíos hubieran dicho “*No nos es lícito matar a nadie*” precisamente porque una cosa es ser matado, otra ser crucificado, no veo cómo esto puede entenderse con razón, pues respondieron esto a las palabras de Pilato con que les había dicho: *Tomadlo vosotros y juzgadlo según vuestra ley*. ¿Tal vez, pues, no podían tomarlo y esos mismos crucificarlo, si mediante tal género de suplicio ansiaban evitar el asesinato de alguien? Ahora bien, ¿quién no verá cuán absurdo es que crucificar a alguien les sea lícito a quienes *no es lícito matar a nadie*? ¿Qué decir del hecho de que el Señor en persona llama también asesinato a su misma muerte, esto es, la muerte de cruz, como leemos en Marcos, donde asevera: *He ahí que subimos a Jerusalén y el Hijo del hombre será entregado a los príncipes de los sacerdotes y a los escribas, y lo condenarán a muerte y lo entregarán a los gentiles y lo ridiculizarán y le escupirán a lo flagelarán y lo asesinarán, mas al tercer día resucitará*? Seguramente, pues, diciendo eso, el Señor ha indicado *con qué muerte iba a morir*: no que quisiera que aquí se entienda la muerte de cruz, sino que los judíos iban a entregarlo *a los gentiles*, esto es, a los romanos, porque Pilato era romano y los romanos lo habían enviado a Judea como gobernador.

Para que, pues, se cumpliera esa palabra de Jesús, esto es, que los gentiles lo asesinarían entregado a ellos, cosa que Jesús había predicho que iba a suceder, por eso, cuando Pilato, que era el juez romano, quiso devolverlo a los judíos para que lo juzgasen según su ley, no quisieron tomarlo, pues dijeron: *No nos es lícito matar a nadie*. Y así se cumplió *la palabra de Jesús, la que* respecto a su muerte predijo: que, entregado por los judíos, los gentiles lo asesinarían; con crimen menor que los judíos,

¹⁹³ Nam quod Deus dicitur universae creaturae, etiam omnibus **gentibus** antequam in Christum crederent, non omni modo esse potuit hoc nomen ignotum. Haec est enim vis verae divinitatis, ut creaturae rationali iam ratione utenti, non omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis in quibus natura nimium depravata est, universum genus humanum Deum mundi huius fatetur auctorem. In hoc ergo quod fecit hunc mundum coelo terraque conspicuum, et antequam imbuerentur in fide Christi, notus omnibus **gentibus** Deus. In hoc autem quod non est iniuriis suis cum diis falsis colendus, notus in Iudaea Deus. In hoc vero quod Pater est huius Christi, per quem tollit peccatum mundi, hoc nomen eius prius occultum omnibus, nunc manifestavit eis quos dedit ei Pater ipse de mundo. Sed quomodo manifestavit, si nondum venit hora de qua superius dixerat, quod veniret hora *cum iam non in proverbiiis*, inquit, *loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis*? An vero annuntiatio manifesta putabitur in proverbiiis? Cur ergo dictum est: *Palam annuntiabo vobis*, nisi quia *in proverbiiis* non est *palam*? quod autem non in proverbiiis occultatur, sed verbis manifestatur, procul dubio palam dicitur. Quomodo ergo manifestavit quod nondum palam dixit? Proinde sic intellegendum est, pro tempore futuro praeteritum positum, quemadmodum illud: *Omnia quae audivi a Patre meo, nota feci vobis*: quod nondum fecerat, sed loquebatur quasi fecisset, quod immobiliter esse praefixum sciebat ut faceret.

los cuales quisieron de ese modo desentenderse, digamos, de su asesinato, no para que se mostrase su inocencia, sino para que se mostrase su demencia¹⁹⁴.

Tratado CXV, 1: Este sermón ha de considerar y tratar qué dijo Pilato a Cristo o qué respondió él a Pilato. En efecto, tras haberse dicho a los judíos: “*Tomadlo vosotros y juzgadlo según vuestra ley*”, y tras haber ellos respondido: “*No nos es lícito matar a nadie*”, entró de nuevo al pretorio Pilato y llamó a Jesús y le dijo: “*¿Tú eres el rey de los judíos?*”. Y respondió Jesús: “*¿Dices esto por tu cuenta u otros te lo dijeron de mí?*”. Evidentemente, el Señor sabía aquello por lo que él interrogó y lo que aquél iba a responder, pero en todo caso quiso que se dijera no para saberlo él mismo, sino para que se escribiera lo que quiso que supiéramos. Respondió Pilato: “*¿Tal vez soy yo judío? Tu gente y los pontífices te entregaron a mí; ¿qué hiciste?*”. Respondió Jesús: “*Mi reino no es de este mundo. Si mi reino fuese de este mundo, mis agentes lucharían, evidentemente, para no ser yo entregado a los judíos; pero en realidad mi reino no es de aquí*”. Esto es lo que el Maestro bueno quiso que supiéramos. Pero primero había de sernos mostrada como infundada la opinión de los hombres acerca de su reino –ora la de los gentiles, ora la de los judíos a quienes Pilato había oído esto-: por así decirlo, había que castigarlo con la muerte precisamente por haber pretendido un reino ilegítimo, o porque quienes reinan suelen mirar mal a quienes van a reinar y es evidente que había de evitarse que su reino fuese adverso a los romanos o a los judíos.

Pues bien, a la interrogación primera del gobernador, donde le dijo: “*¿Tú eres el rey de los judíos?*”, el Señor podía responder lo que asevera: *Mi reino no es de este mundo*, etc. Pero, al interrogarle a su vez si decía *esto por su cuenta* o lo había oído a otros, quiso mostrar, al responder aquél, que de esto le habían acusado ante él los judíos como hecho criminal; así nos descubre *las ideas de los hombres*, acerca de las que sabía *que son vanas*, y tras la respuesta de Pilato les responde ya tan oportuna y apropiadamente a judíos y gentiles: *Mi reino no es de este mundo*. Si hubiese respondido esto a Pilato inmediatamente tras interrogarle, parecería que lo había respondido no también a los judíos, sino a solos los gentiles, que opinaban de él esto. Pero, porque *Pilato respondió*: “*¿Tal vez soy yo judío? Tu gente y los pontífices te entregaron a mí*”, en realidad retiró de sí la sospecha con que podría suponerse que *por su cuenta* había dicho que Jesús es el *rey de los judíos*, pues demuestra haberlo oído a los judíos. Después, diciendo “*¿Qué hiciste?*” –como si dijera: “*Si niegas ser rey, ¿qué hiciste para que hayas sido entregado*

¹⁹⁴ Quod vero Ioannes evangelista subiungit: *Ut sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus: si mortem crucis hic velimus accipere, tamquam ideo dixerint Iudaei: Nobis non licet interficere quemquam, quia interfici aliud est, aliud crucifigi; non video quomodo id possit consequenter intellegi, cum hoc ad Pilati verba responderint, quibus eis dixerat: Accipite eum vos, et secundum Legem vestram iudicate eum. Numquid ergo eum non poterant accipere, et ipsi eum crucifigere, si par tale genus supplicii interfectionem cuiusquam vitare cupiebant? Quis autem non videat quam sit absurdum eis licere quemquam crucifigere, quibus non licet quemquam interficere? Quid quod ipse Dominus eandem mortem suam, id est mortem crucis, etiam interfectionem vocat, sicut legimus apud Marcum, ubi ait: Ecce ascendimus Ierosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et Scribis, et damnabunt eum morte, et tradent eum **Gentibus**; et illudent ei, et conspuent eum, et flagellabunt eum, et interficient eum, et tertia die resurget? Nimirum ergo ista dicendo significavit Dominus qua esset morte moriturus: non quod hic mortem crucis vellet intellegi, sed quod eum Iudaei fuissent **Gentibus** tradituri, hoc est Romanis. Nam Pilatus Romanus erat, eum que in Iudaeam Romani praesidem miserant. Ut ergo iste sermo Iesu impleretur, id est, ut eum sibi traditum **Gentes** interficerent, quod Iesus futurum esse praedixerat; ideo Pilatus qui iudex Romanus erat, cum vellet eum reddere Iudaeis, ut secundum Legem suam iudicarent eum, noluerunt eum accipere dicentes: *Nobis non licet interficere quemquam*. Ac sic impletus est sermo Iesu, quem de sua morte praedixit, ut eum a Iudaeis traditum interficerent **Gentes**; minore scelere quam Iudaei, qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere voluerunt, non ut eorum innocentia, sed ut dementia monstraretur.*

a mí”?- , muestra suficientemente que de eso se le ha acusado como hecho criminal. Por así decirlo: no sería asombroso que fuese entregado al juez para ser castigado quien decía ser rey; si, en cambio, no decía esto, habría que preguntarle qué otra cosa había hecho quizá, por la que fuese digno de ser entregado al juez¹⁹⁵.

Tratado CXV, 2: Escuchad, pues, judíos y gentiles, escucha, *circuncisión*; escucha, *prepuccio*; escuchad, *todos los reinos* terrenos: “No impido vuestra soberanía en este mundo; *mi reino no es de este mundo*”. No temáis con el temor por entero infundado con que se espantó *Herodes* el Grande, cuando se notificó que *Cristo* había *nacido*, y para que a éste llegase la muerte asesino a tantos bebés, muy cruel temiendo más que airándose. *Mi reino no es de este mundo*, afirma. ¿Qué más queréis?

Venid al *reino* que *no es de este mundo*; venid creyendo y no os ensañéis temiendo. Por cierto, en profecía dice acerca de Dios Padre: *Por mi parte, yo fui constituido rey sobre Sión, su monte santo*. Pero esa Sión y ese monte *no es de este mundo*. En efecto, ¿cuál es su reino sino los que creen en él, a quienes, aunque quería que estuviesen en el mundo, por lo cual dijo acerca de ellos al Padre: “*No ruego que los retires del mundo, sino que los guardes del mal*”, dice: *No sois del mundo, como tampoco yo soy del mundo?*. Por ende, aquí tampoco asevera “*Mi reino no está en este mundo*”, sino: *No es de este mundo*. Y tras probar esto al decir: “*Si mi reino fuese de este mundo, mis agentes lucharían, evidentemente, para no ser yo entregado a los judíos*”, no asevera: “*Ahora en cambio, mi reino no está aquí*”, sino: *No es de aquí*.

Aquí, en efecto, está hasta “el final del mundo” su reino, el cual tiene en medio de sí *mezclada* hasta la siega *la cizaña*, pues *la siega es el final del mundo*, cuando vendrán *los segadores*, esto es, *los ángeles* y *recogerán de su reino todos los escándalos*; lo cual, evidentemente, no sucedería si su reino no estuviese aquí. Pero en todo caso *no es de aquí* porque está exiliado en el mundo; en efecto, dice a su reino: *No sois del mundo, sino que yo os elegí del mundo*. Eran, pues, *del mundo* cuando no eran su reino, sino que pertenecían al jefe *del mundo*. *Del mundo* es, pues, cualquier cosa de los hombres

¹⁹⁵ Quid Pilatus dixerit Christo, quidve Pilato ille responderit, isto sermone considerandum atque tractandum est. Cum enim dictum esset Iudaeis: *Accipite eum vos, et secundum Legem vestram iudicate eum* atque illi respondissent: *Nobis non licet occidere quemquam; introivit iterum in praetorium Pilatus, et vocavit Iesum, et dixit ei: Tu es rex Iudaeorum? Et respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me?* Sciebat utique Dominus et quod ipse interrogavit, et quod ille responsurus fuit; sed tamen dici voluit, non ut ipse sciret, sed ut scriberetur quod nos voluit ut sciremus. *Respondit Pilatus: Numquid ego Iudaeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudaeis: nunc autem regnum meum non est hinc.* Hoc est quod bonus magister scire nos voluit: sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominum de **regno** eius opinio, sive **Gentium**, sive Iudaeorum, a quibus id Pilatus audierat: quasi propterea morte fuisset plectendus, quod illicitum affectaverit **regnum**; vel quoniam solent **regnaturis** invidere **regnantes**, et videlicet cavendum erat ne eius **regnum** sive Romanis, sive Iudaeis esset adversum. Poterat autem Dominus quod ait: **Regnum meum non est de hoc mundo**, etc., ad primam interrogationem praesidis respondere, ubi ei dixit: *Tu es rex Iudaeorum?* sed eum vicissim interrogans utrum hoc a semetipso diceret, an audisset ab aliis, illo respondente ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse a Iudaeis velut crimen obiectum: patefaciens nobis cogitationes hominum, quas ipse noverat, quoniam vanae sunt; eisque post responsionem Pilati, iam Iudaeis et **Gentibus** opportunius aptiusque respondens: **Regnum meum non est de hoc mundo**. Quod si interroganti Pilato continuo respondisset; non etiam Iudaeis, sed solis **Gentibus** hoc de se opinantibus respondisse videretur. Nunc vero quoniam respondit Pilatus: *Numquid ego Iudaeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi*; abstulit a se suspensionem, qua posset putari a semetipso dixisse quod Iesum **regem** dixerat esse Iudaeorum, id se a Iudaeis audisse demonstrans. Deinde dicendo: *Quid fecisti?* satis ostendit illud ei pro crimine obiectum: tamquam diceret: **Si regem** te negas, quid fecisti ut tradereris mihi? Quasi mirum non esset si puniendus iudici traderetur, qui se diceret **regem**: si autem hoc non diceret, quaerendum ab illo esset quid aliud forte fecisset, unde tradi iudici dignus esset.

que, creada ciertamente por el verdadero Dios, ha sido engendrada del estropeado y reprobado linaje de Adán; en cambio, reino no ya del mundo ha sido hecha cualquier cosa que, venida de ahí, ha sido regenerada en Cristo. Así, en efecto, nos *arrancó de la potestad de las tinieblas* Dios y nos *trasladó al reino del Hijo de su caridad*; reino del que dice: *Mi reino no es de este mundo, o mi reino no es de aquí*¹⁹⁶.

Tratado CXVI, 7: *Por su parte, los judíos decían a gritos: “Si sueltas a éste, no eres amigo del César, pues todo el que se hace rey contradice al César”*. Supusieron que a Pilato, aterrizándolo con el César para que matase a Cristo, le metían temor mayor que el de más arriba, cuando dijeron: *Nosotros tenemos ley y según la ley debe morir porque se hizo hijo de Dios*. En efecto, para matarlo no temió la ley de ellos, pero temió, más bien, matar a un hijo de Dios; pero en realidad no pudo despreciar al César, autor de su autoridad, como a la ley de una nación extranjera¹⁹⁷.

Tratado CXVII, 4: *Por su parte, Pilato escribió y puso sobre la cruz un letrero. Pues bien, estaba escrita: “Jesús el Nazareno, el Rey de los judíos”*. Este letrero, pues, lo leyeron muchos de los judíos, porque el lugar donde Jesús fue crucificado estaba cerca de la ciudad. Y “el Rey de los judíos” estaba escrito en hebreo, griego y latín, pues estas tres lenguas destacaban allí sobre las demás: la hebrea, a causa de los judíos que se glorían en la ley de Dios; la griega, a causa de los sabios de las gentes; la latina, a causa de los romanos que imperaban en muchas gentes y ya en casi todas¹⁹⁸.

¹⁹⁶ Audite ergo, Iudaei et **Gentes**; audi, circumcisio; audi, praepitium; audite, omnia **regna** terrena: Non impedio dominationem vestram in hoc mundo: **Regnum** meum non est hoc mundo. Nolite metuere metu vanissimo quo Herodes ille maior, cum Christus natus nuntiaretur, expavit, et tot infantes ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis quam irascendo crudelior: **Regnum**, inquit, *meum non est de hoc mundo*. Quid vultis amplius? Venite ad **regnum** quod non est de hoc mundo; venite credendo, et nolite saevire metuendo. Dicit quidem in prophetia de Deo Patre: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius*; sed Sion illa et mons ille non est de hoc mundo. Quod est enim eius **regnum** nisi credentes in eum, quibus dicit: *De mundo non estis, sicut et ego non sum de mundo?* Quamvis eos esse vellet in mundo: propter quod de illis dixit ad Patrem: *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos ex malo*. Unde et hic non ait: **Regnum** meum non est in hoc mundo; sed, *non est de hoc mundo*. Et cum hoc probaret dicens: *Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudaeis*; non ait: *Nunc autem regnum meum non est hic; sed, non est hinc*. Hic est enim **regnum** eius usque in finem saeculi, habens inter se commixta zizania usque ad messem; messis enim finis est saeculi, quando messorum venient, id est Angeli, et colligent de **regno** eius omnia scandala; quod utique non fieret, si **regnum** eius non esset hic. Sed tamen non est hinc; quia peregrinatur in mundo: **regno** suo quippe dicit: *De mundo non estis, sed ego vos elegi de mundo*. Erant ergo de mundo, quando **regnum** eius non erant, sed ad mundi principem pertinebant. De mundo est ergo quidquid hominum a vero quidem Deo creatum, sed ex Adam vitiata atque damnata stirpe generatum est: factum est autem **regnum** non iam de mundo, quidquid inde in Christo regeneratum est. Sic enim nos Deus *eruit de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii caritatis suae*: de quo **regno** dicit: **Regnum** meum non est de hoc mundo; vel: **Regnum** meum non est hinc.

¹⁹⁷ *Iudaei autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Caesari*. Maiorem timorem se ingerere putaverunt Pilato, terrendo de Caesare, ut occideret Christum, quam superius ubi dixerunt: *Nos Legem habemus, et secundum Legem debet mori quia Filium Dei se fecit*. Eorum Legem quippe ille non timuit, ut occideret: sed magis Filium Dei timuit, ne occideret. Nunc vero non sic potuit contemnere Caesarem auctorem potestatis suae, quemadmodum legem **gentis** alienae.

¹⁹⁸ *Scriptum autem et titulum Pilatus, et posuit super crucem: erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum*. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudaeorum, quia prope **civitatem** erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hebraice, graece et latine: **Rex Iudaeorum**. Hae quippe tres linguae ibi prae caeteris eminebant: hebraea, propter Iudaeos in Dei Lege gloriantes; graeca, propter **Gentium** sapientes; latina, propter Romanos multis ac pene omnibus iam tunc **gentibus imperantes**.

Tratado CXVII, 5: *Decían, pujan, a Pilato los pontífices de los judíos: “No escribas “El Rey de los judíos”, sino que “Ese mismo dijo: soy rey de los judíos”. Pilato respondió: “Lo que he escrito lo dejo escrito”. ¡Oh inefable fuerza de la actuación divina, incluso en los corazones de los ignorantes! ¿Acaso cierta voz oculta dentro de Pilato no gritaba con cierto chillón silencio, si esto puede decirse, lo que tanto antes se profetizó en el libro de los Salmos: No alteres la inscripción del letrero? He ahí que no altera la inscripción del letrero: lo que ha escrito lo deja escrito. Pero, precisamente los pontífices, que querían que esto se corrompiera, ¿qué decían? Afirman: No escribas “El Rey de los judíos”, sino que “Ese mismo dijo: soy rey de los judíos”. ¿De qué habláis, locos? ¿Por qué os oponéis a que se haga lo que de ningún modo podéis cambiar? En efecto, ¿precisamente porque Jesús asevera: “Soy rey de los judíos”, tal vez no será esto verdad? Si lo que Pilato ha escrito no puede alterarse, ¿podrá alterarse lo que la Verdad ha dicho?*

Pero Cristo ¿es sólo *el rey de los judíos* o también de las gentes? Más bien, también de las gentes. En efecto, tras haber dicho en una profecía: “*Por mi parte, yo fui constituido por él rey sobre Sión, su monte santo, para promulgar el precepto del Señor*” al instante, para que, porque nombra el monte Sión, nadie dijese que había sido constituido rey para solos los judíos, ha agregado: *El Señor me dijo: “Hijo mío eres tú, yo hoy te he engendrado. Pídemelo y te daré como heredad tuya las gentes y como posesión tuya los términos de la tierra”*. Por ende, también él en persona, al hablar ya por su propia boca entre los judíos, afirma: *Tengo otras ovejas que no son de este redil; es preciso que yo conduzca también a esas mismas, y oirán mi voz y habrá un único rebaño y un único pastor*.

Si, pues, Cristo es también rey de las gentes, ¿por qué queremos que en este letrero en que estaba escrito “*El Rey de los judíos*” se advierta un *gran misterio*?. Sin duda porque el *acebuche* fue *hecho* partícipe de la *savia del olivo*, pero el olivo no fue hecho partícipe del amargor del *acebuche*. Efectivamente, porque el letrero “*El Rey de los judíos*” se escribió verazmente acerca de Cristo, ¿a quiénes ha de considerarse judíos sino a la *descendencia de Abrahán, los hijos de la promesa*, que son también *hijos de Dios*, porque el Apóstol asevera: *No son hijos de Dios estos que son los hijos de la carne, sino que se cuenta entre las descendencia a los hijos de la promesa?* Además, eran gentiles esos a quienes decía: *Ahora bien, si vosotros sois de Cristo, sois, pues, descendencia de Abrahán, herederos según la promesa*. Cristo, pues, es *el rey de los judíos* –pero de los judíos por circuncisión del corazón, por el espíritu, no por la letra, cuya loa es no de los hombres, sino de Dios, pertenecientes a la Jerusalén libre, nuestra madre eterna en los cielos, Sara espiritual, que de la casa de la libertad echa a la esclava y a los hijos de ella-, ya que, precisamente porque el Señor ha dejado dicho lo que ha dicho, Pilato ha *dejado escrito lo que ha escrito*¹⁹⁹.

¹⁹⁹ *Dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum: Noli scribere, Rex Iudaeorum; sed quia ipse dixit. Rex sum Iudaeorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. O ineffabilem vim divinae operationis, etiam in cordibus ignorantium! Nonne occulta vox quaedam Pilato intus quodam, si dici potest, clamoso silentio personabat, quod tanto ante in Psalmorum litteris prophetatum est: Ne corrumpas tituli inscriptionem? Ecce tituli inscriptionem non corrumpit; quod scripsit, scripsit. Sed etiam pontifices qui hoc corrumpi volebant, quid dicebant? Noli scribere, inquit: Rex Iudaeorum; sed quia ipse dixit: Rex sum Iudaeorum. Quid loquimini, insani? Quid fieri contradicitis, quod mutare nullo pacto potestis? Numquid enim propterea non erit verum, quia Iesus ait: Rex sum Iudaeorum? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod veritas dixit? Sed Iudaeorum tantum rex est Christus, an et Gentium? Imo et Gentium. Cum enim dixisset in prophetia: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, praedicans praeceptum Domini; ne propter montem Sion solis Iudaeis eum regem quisquam diceret constitutum, continuo subiecit: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae. Unde et ipse iam per os proprium loquens apud Iudaeos: Habeo, inquit, alias oves quae non sunt de hoc ovili:*

Tratado CXX, 4: *Pues bien, tras esto, José de Arimatea, porque era discípulo de Jesús, pero oculto a causa del miedo a los judíos, rogó a Pilato llevarse el cuerpo de Jesús, y Pilato se lo permitió. Vino, pues, y se llevó el cuerpo de Jesús. Por otra parte, Nicodemo, que primeramente había venido de noche a Jesús, vino trayendo una mixtura de mirra y áloe, casi cien libras.* Ha de puntuarse no de forma que digamos “primeramente trayendo una mixtura de mirra”, sino de forma que lo que está dicho “*primeramente*” se relacione con el sentido anterior. En efecto, *de noche* había venido *Nicodemo a Jesús*, cosa que el mismo Juan ha narrado en las partes primeras de su evangelio. Aquí, pues, ha de entenderse que Nicodemo había venido *a Jesús* no sólo entonces, sino entonces *primeramente*, y que, por otra parte, después había venido con frecuencia para, oyéndole, llegar a ser discípulo, cosa que ahora mismo se declara con certeza a casi todas las gentes a propósito del descubrimiento del cuerpo del felicísimo Esteban.

Tomaron, pues, el cuerpo de Jesús y con lienzos lo rodearon junto con los perfumes, como entre los judíos es costumbre enterrar. Me parece que no sin razón ha querido decir el evangelista “*como entre los judíos es costumbre enterrar*”; en efecto, si no me engaño, así ha aconsejado que, en cuanto a los deberes de esta laya que se ejercen para los muertos, ha de guardarse la costumbre de cada pueblo²⁰⁰.

Tratado CXXI, 3: *No me toques, pues aún no he ascendido a mi Padre:* o está, pues, dicho de forma que en esa mujer se representaba a la Iglesia venida de las gentes, la cual no ha creído en Cristo sino tras haber ascendió él *al Padre*, o Jesús ha querido que en él se crea así, esto es, que se le toque espiritualmente así: en cuanto que ese mismo y *el Padre*, o Jesús ha querido que en él se crea así, esto es, que se le toque espiritualmente así: en cuanto que ese mismo y *el Padre* son *una sola cosa*. En efecto, con sus sentidos íntimos asciende en cierto modo al Padre quien haya progresado en él de forma que lo reconozca igual al Padre; de otra manera no se le toca correctamente, esto es, de otra manera no se cree correctamente en él. Pues bien, María podía creer de forma que lo supusiera desigual al Padre, lo cual se prohíbe evidentemente cuando se le dice: “*No me toques*”, esto es, no creas en mí como aún entiendes; no permitas a tu

oportet me et ipsas adducere, et vocem meam audient, et erit unus grex et unus pastor. Cur ergo magnum volumus intellegi in hoc titulo sacramentum, in quo scriptum erat: **Rex Iudaeorum**, si **rex** est Christus et **Gentium**? Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleae, non olea particeps facta est amaritudinis oleastri. Nam in eo quod de Christo veraciter scriptus est titulus: **Rex Iudaeorum**, qui sunt intellegendi Iudaei, nisi semen Abrahae, filii promissionis, qui sunt etiam filii Dei? Quoniam *non qui filii carnis*, ait Apostolus, *hi filii Dei; sed qui filii promissionis, deputantur in semine*. Et **Gentes** erant quibus dicebat: *Si autem vos Christi, ergo Abrahae semen estis, secundum promissionem haeredes*. **Rex** ergo Iudaeorum Christus, sed Iudaeorum circumcisione cordis, spiritu, non littera; quorum laus non ex hominibus, sed ex Deo est; pertinentium ad Ierusalem liberam matrem nostram aeternam in coelis, Saram spiritalem, ancillam et filios eius de domo libertatis eicientem. Ideo enim Pilatus quod scripsit, scripsit; quia Dominus quod dixit, dixit.

²⁰⁰ *Post haec autem rogavit Pilatum Ioseph ab Arimathia (eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudaeorum), ut tolleret corpus Iesu: et permisit Pilatus. Venit ergo, et tulit corpus Iesu. Venit autem Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhae et aloes quasi libras centum.* Non ita distinguendum est, ut dicamus, *primum ferens mixturam myrrhae*; sed ut quod dictum est, *primum*, ad superiorem sensum pertineat. Venerat enim Nicodemus ad Iesum nocte primum, quod idem Ioannes narravit in prioribus Evangelii sui partibus. Hic ergo intellegendum est ad Iesum, non tunc solum, sed tunc primum venisse Nicodemum; ventitasse autem postea ut fieret audiendo discipulus: quod certe modo in revelatione corporis beatissimi Stephani fere omnibus **gentibus** declaratur. *Acceperunt ergo corpus Iesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudaeis sepelire.* Non mihi videtur Evangelista frustra dicere voluisse, *sicut mos est Iudaeis sepelire*: ita quippe, nisi fallor, admonuit in huiusmodi officiis quae mortuis exhibentur, morem cuiusque **gentis** esse servandum.

sentimiento dirigirse hasta lo que me he hecho por ti y que no pase a eso *mediante* lo que has sido hecha. En efecto, ¿cómo no creía aún carnalmente en ese a quien lloraba como a hombre? *Pues aún no he ascendido a mi Padre*, afirma; me tocarás allí: cuando hayas creído que soy Dios no desigual al Padre.

En cambio, vete a mis hermanos y diles: Asciendo al Padre mío y Padre vuestro. No asevera “nuestro Padre”; de una manera *mío*, de otra *vuestro*. Tampoco aquí ha dicho “Dios nuestro”; también, pues, aquí de una manera *mío*, de otra *vuestro*; *Dios mío* bajo el que también estoy yo en cuanto hombre; *Dios vuestro* entre el cual y vosotros mismos soy *Mediador*²⁰¹.

Tratado CXXI, 5: No asevera “me has tocado”, sino “*me has visto*”, porque la vista es de algún modo un sentido general. Efectivamente, suele nombrarse también mediante los otros cuatro sentidos, como cuando decimos: “Oye y ve qué bien sabe, toca y ve qué bien calienta”. Por doquier ha sonado “ve”, aunque no se niega que la vista pertenece propiamente a los ojos. Por ende, también aquí el Señor mismo afirma: “*Introduce aquí tu dedo y mira mis manos*”; ¿qué otra cosa dice sino “toca y ve”? Él empero no tenía ojos en el dedo. *Porque*, pues, o mirando o tocando *me has visto*, afirma, *has creído*. Sin embargo, puede decirse que, cuando aquél se ofreció al discípulo para que lo tocara, éste no se atrevió a tocarlo, pues no está escrito “y Tomás lo tocó”. Pero, haya visto y creído, sólo mirando o también tocando, lo que sigue pregona y hace valer más la fe de las gentes: *Dichosos quienes no han visto y han creído*. Ha usado verbos de tiempo pretérito, cual ese que en su predestinación conocía como ya sucedido lo que iba a suceder²⁰².

Tratado CXXII, 3: A estos, pues, a quienes turba esto, ha de responderse que, si alguna vez no tuvieran aquéllos otra cosa de que vivir no se les prohibió, conservada la integridad de su apostolado, buscar mediante su oficio, lícito, por supuesto, y permitido, la subsistencia necesaria. A no ser que por casualidad ose alguien suponer o decir que el apóstol Pablo, porque, *para no* gravar a ninguno de esos a quienes predicaba *el Evangelio*, llevaba a cabo con sus manos su subsistencia, no llegó a la perfección de

²⁰¹ Aut ergo sic dictum est: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*, ut in illa femina figuraretur **Ecclesia** de **Gentibus**, quae in Christum non credidit, nisi cum ascendisset ad Patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est, sic se spiritaliter tangi, quod ipse et Pater unum sint. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad Patrem, qui sic in eo profecerit ut Patri agnoscat aequalem: aliter non recte tangitur, id est, aliter non recte in eum creditur. Poterat autem sic credere Maria, ut eum putaret imparem Patri, quod utique prohibetur cum ei dicitur: *Noli me tangere*: id est: Noli in me sic credere, quemadmodum adhuc sapias; noli tuum sensum huc usque pertendere quod pro te factus sum, nec transire ad illud per quod facta es. Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat? *Nondum enim ascendi*, inquit, *ad Patrem meum*: ibi me tanges, quando me credideris Patri non imparem Deum. *Vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum*. Non ait: Patrem nostrum: aliter ergo meum, aliter vestrum; natura meum, gratia vestrum. *Et Deum meum, et Deum vestrum*. Neque hic dixit: Deum nostrum: ergo et hic aliter meum, aliter vestrum; Deum meum sub quo et ego homo sum, Deum vestrum inter quos et ipsum mediator sum.

²⁰² Non ait, tetigisti me; sed, *vidisti me*: quoniam generalis quodammodo sensus est visus. Nam et per alios quatuor sensus nominari solet: velut cum dicimus: Audi et vide quam bene sonet, olfac et vide quam bene oleat, gusta et vide quam bene sapiat, tange et vide quam bene caleat. Ubique sonuit: Vide, cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere. Unde et hic ipse Dominus: *Infer*, inquit, *digitum tuum huc, et vide manus meas*: quid aliud ait quam: Tange et vide? Nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo sive intuendo, sive etiam tangendo: *Quia vidisti me*, inquit, *credidisti*. Quamvis dici possit non ausum fuisse discipulum tangere, cum se offerret ille tangendum: non enim scriptum est: Et tetigit Thomas. Sed sive aspiciendo tantum, sive etiam tangendo viderit et crediderit, illud quod sequitur, magis **gentium** fidem praedicat atque commendat: *Beati qui non viderunt, et crediderunt*. Praeteriti temporis usus est verbis, tamquam ille qui quod erat futurum, in sua noverat praedestinatione iam factum.

esos que, *tras haber dejado todo, siguieron* a Cristo. Más bien, aquí está cumplido lo que aseveró: *Me fatigué más que todos ellos*; mas ha añadido: “*Ahora bien, no yo, sino la gracia de Dios conmigo*”, para que aparezca que también ha de atribuirse a la gracia de Dios esto: que con el ánimo y el cuerpo podía fatigarse más *que todos ellos*, hasta el punto de no cesar de predicar el Evangelio y empero, a diferencia de ellos, no sustentaba con el Evangelio esta vida, aunque lo sembraba mucho más amplia y fervientemente entre tantas gentes en las que el nombre de Cristo no había sido profetizado. Aquí muestra que a los apóstoles no se impuso la obligatoriedad de vivir a costa del Evangelio, esto es, de tener a su costa la subsistencia, sino que se les dio la potestad para ello. Idéntico apóstol menciona esta potestad al decir: *Si nosotros sembramos para vosotros lo espiritual, ¿es mucho que cosechemos lo carnal vuestro? Si otros participan en la potestad sobre vosotros, ¿no participamos más nosotros? Pero no hemos usado esta potestad*, afirma. Y poco después dice: *Quienes sirven al altar, tienen parte con el altar; así también, el Señor ordenó a estos que anuncian el Evangelio vivir el Evangelio; yo, en cambio, no he usado nada de eso*.

Por tanto, está bastante claro que a los apóstoles no se les prescribió, sino que se puso a su disposición que vivieran no de otra cosa, sino a costa del Evangelio, y que de esos para quienes, predicando el Evangelio, sembraban *lo espiritual*, cosechasen *lo carnal*, esto es, tomasen el sustente de esta carne y, cual soldados *de Cristo*, recibieran, como de los provincianos de Cristo, la soldada debida. Por ende, ese mismo *soldado* egregio había dicho poco más arriba acerca de este asunto: *¿Quién milita alguna vez, pagándose sus soldadas?* Sin embargo, ese mismo lo hacía porque se fatigaba más *que todos ellos*. Si, pues, para no usar con los demás predicadores del Evangelio esa potestad que con los demás tenía, sino para militar pagándose su soldada no fuese que, cual un venal, molestase con su doctrina a gentes totalmente ajenas al nombre de Cristo, el bienaventurado Pablo, educado de otra manera, aprendió el oficio que no conocía, para que, mientras gracias a sus manos pasa la vida como *doctor*, no se gravase a ningún oyente, *¿con cuánta mayor razón el bienaventurado Pedro, que ya había sido pescador, hizo lo que sabía, si para ese tiempo presente no halló otra cosa de que vivir?*²⁰³

²⁰³ His ergo quos hoc movet respondendum est, non eos fuisse prohibitos arte sua, licita scilicet atque concessa, victum necessarium quaerere, sui Apostolatus integritate servata, si quando unde viverent aliud non haberent. Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere, apostolum Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem qui relictis omnibus Christum secuti sunt, quoniam ne quemquam eorum gravaret quibus Evangelium praedicabat, suum victum suis manibus transigebat: ubi magis impletum est quod ait: *Plus omnibus illis laboravi*; et adiunxit: *Non autem ego, sed gratia Dei mecum*: ut hoc quoque appareat Dei gratiae deputandum, quod et animo et corpore poterat usque adeo plus illis omnibus laborare, ut neque cessaret ab Evangelio praedicando, neque tamen ex Evangelio, sicut illi, sustentaret hanc vitam; cum id per tot **gentes** in quibus Christi nomen non fuerat prophetatum, multo latius atque fertilius seminaret. Ubi ostendit ex Evangelio vivendi, hoc est victum habendi, non necessitatem Apostolis impositam, sed potestatem datam. Quam potestatem commemorat idem apostolus dicens: *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Si alii potestatis vestrae participant, non magis nos? Sed non sumus, inquit, usi hac potestate*. Et paulo post: *Qui altari serviunt, inquit, altari compartiuntur; sic et Dominus ordinavit his qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere: ego autem nullo horum usus sum*. Satis igitur apertum est, non **imperatum**, sed in potestate Apostolis positum, ut aliunde non viverent nisi ex Evangelio, et ab eis quibus Evangelium praedicando spiritualia seminabant, carnalia meterent; hoc est, carnis huius sustentaculum sumerent, et tamquam milites Christi stipendium debitum acciperent, sicut a provincialibus Christi. Unde idem ipse miles egregius paulo superius de hac re dixerat: *Quis militat suis stipendiis unquam?* Quod tamen ipse faciebat, quia plus illis omnibus laborabat. Si ergo beatus Paulus ut ea potestate, quam profecto cum caeteris Evangelii praedicatoribus habebat, non cum caeteris uteretur, sed suo stipendio militaret, ne **gentes** a nomine Christi penitus alienas doctrina eius quasi venalis offenderet, aliter educatus, artem quam non noverat didicit, ut dum suis manibus transigitur doctor, nullus gravaretur auditor; quanto magis beatus Petrus, qui iam piscator fuerat, quod noverat fecit, si ad praesens illud tempus, aliud unde viveret, non invenit?

PLEBS

Tratado X, 8: Esos, en cambio, con Escrituras mismas engañan a los pueblos para recibir de ellos honores y loas, y que los hombres no se conviertan a la verdad. Pero, porque con las Escrituras mismas engañan a los pueblos a los que exigen honores, venden *bueyes*, venden también *ovejas*, esto es, la plebe misma. Y ¿A quién las venden sino al diablo? De hecho, hermanos míos, si la Iglesia de Cristo es única y es una sola, ¿quién se lleva cualquier cosa que de ahí se desgaja sino el *león* aquel *rugiente* y merodeador, *que busca a quién devorar?* Porque la Iglesia permanecerá íntegra, *pues el Señor conoce a quienes son suyos*. ¡Ay de quienes se desgajan! Sin embargo, en lo que de ellos depende, venden *bueyes* y *ovejas*, venden también *palomas*. ¡Observen el látigo de sus pecados! Al menos cuando por esas iniquidades suyas sufren algo así, reconozcan que el Señor hizo *un látigo* de sogas y los estimula a cambiar de vida, al final oirán: *Atadles pies y manos y arrojadlos a las tinieblas exteriores*²⁰⁴.

Tratado XV, 26: Viene, pues, la hora, y es ahora cuando los adoradores verdaderos adorarán al Padre en espíritu y verdad. Nosotros adoramos lo que conocemos, porque la salvación procede de los judíos. Mucho dio a los judíos, pero no entiendas que éstos son réprobos. Entiende el muro aquel al que se ha añadido otro para que se unan, pacíficos en la piedra angular que es Cristo. En efecto, un muro viene de los judíos, otro de los gentiles. Alejados entre sí están esos muros, pero hasta que se unan en un ángulo. Los extranjeros, en cambio, eran huéspedes y extraños a los testamentos de Dios. Según esto, pues, está dicho: Nosotros adoramos lo que sabemos. En representación de los judíos está dicho, pero no de todos los judíos, no de los judíos réprobos, sino de esos de entre los que fueron los apóstoles, cuales fueron los profetas, cuales fueron todos aquellos santos que vendieron todo lo suyo y colocaron el precio de sus cosas a los pies de los apóstoles. Dios, en efecto, no rechazó a su pueblo que había preconocido²⁰⁵.

Tratado XXVIII, 6: También, pues, aquí: *Mi tiempo aún no viene; en cambio, vuestro tiempo*, esto es, la gloria del mundo, *siempre está preparado*. Éste es el tiempo del que en profecía dice Cristo, esto es, el cuerpo de Cristo: “*Cuando tome tiempo, yo juzgaré con justicias*”, pues de momento es tiempo no de juzgar, sino de tolerar a los inicuos. Por eso, el cuerpo de Cristo soporta de momento y tolere la iniquidad de quienes viven mal. Tenga empero de momento la justicia, antes que tenga el juicio, pues por la justicia llegará al juicio. Por cierto, a los miembros que toleran la iniquidad de este mundo, ¿qué

²⁰⁴ Isti autem de Scripturis ipsis fallunt **populos**, ut accipiant ab ipsis honores et laudes, et non convertantur homines ad veritatem. Quia vero ipsis Scripturis fallunt **populos**, a quibus quaerunt honores; vendunt boves, vendunt et oves, id est ipsas **plebes**. Et cui vendunt, nisi diabolo? Namque, fratres mei, si Christi unica **Ecclesia** est, et una est; quidquid inde praeciditur, quis tollit, nisi leo ille rugiens et circumiens, quaerens quem devoret? Vae his qui praeciduntur! nam illa integra permanebit. *Novit enim Dominus qui sunt eius*. Tamen quantum in ipsis est, vendunt boves et oves, vendunt et columbas: observent flagellum peccatorum suorum. Certe quando aliquid tale patiuntur propter istas iniquitates suas, agnoscant quia Dominus fecit flagellum de resticulis, et ad hoc admonet eos ut mutent se, ut non sint negotiatores: nam si se non mutaverint, audient in fine: *Ligate illis manus et pedes, et proicite in tenebras exteriores*.

²⁰⁵ *Venit ergo hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nos adoramus quod scimus, vos adoratis quod nescitis; quoniam salus ex Iudaeis est. Multum dedit Iudaeis: sed noli istos reprobos accipere. Parietem illum accipe cui adiunctus est alius, ut pacati in lapide angulari, quod est Christus, copulentur. Unus enim paries a Iudaeis, unus a **Gentibus**: longe a se isti parietes, sed donec in angulo coniungantur. Alienigenae autem hospites erant, et peregrini a testamentis Dei. Secundum hoc ergo dictum est: *Nos adoramus quod scimus*. Ex persona quidem Iudaeorum dictum est, sed non omnium Iudaeorum, non reproborum Iudaeorum: sed de qualibus fuerunt Apostoli, quales fuerunt Prophetae, quales fuerunt illi omnes sancti, qui omnia sua vendiderunt, et pretia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt. *Non enim repulit Deus **plebem** suam quam praescivit*.*

dice en un salmo la Santa Escritura? *No rechazará el Señor a su pueblo*. Lo pasa mal, sí, su pueblo entre indignos, entre inicuos, entre denostadores, entre murmuradores, detractores, perseguidores y, si llega el caso, asesinos. Lo pasa mal, sí; pero *el Señor no rechazará a su pueblo ni abandonará su heredad, hasta que la justicia se vuelva hacia el juicio. Hasta que la justicia*, que de momento está en sus santos, *se vuelva hacia el juicio*, cuando se cumplirá lo que les está dicho: *Os sentaréis sobre doce tronos a juzgar a las doce tribus de Israel* Tenía el Apóstol la justicia, pero aún no el juicio del que dice: *¿no sabéis que juzgaremos a ángeles?* De momento, pues, sea tiempo de vivir justamente; después será tiempo de juzgar a quienes hayan vivido mal. *Hasta que la justicia*, afirma, *se vuelva hacia el juicio*. El tiempo del juicio será este del que el Señor ha dicho ahora: “*Mi tiempo aún no viene*”, pues habrá un tiempo de gloria, para que, quien vino en la bajura, venga en la altura; quien vino a ser juzgado, vendrá a juzgar; quien vino a ser asesinado por los muertos, vendrá a juzgar sobre vivos y muertos. *Dios*, afirma un salmo, *vendrá manifiesto, nuestro Dios, y no callará*. ¿Qué significa *Vendrá manifiesto*? Que vino oculto. Entonces no callará porque, cuando vino oculto, *fue llevado como oveja para ser inmolada y, como cordero ante quien lo esquila, no abrió su boca. Vendrá y no callará. Callé*, afirma; *¿acaso callaré siempre?*²⁰⁶

Tratado XXXIX, 5: De las Santas Escrituras recibid algo a partir de lo cual captéis de alguna manera esto que se dice. Después que *nuestro Señor Jesucristo* hubo resucitado y, cuando quiso, *hubo ascendido al cielo*, pasados allí diez días, de ahí envió el Espíritu Santo, llenos del cual, quienes estaban presentes en un único aposento, comenzaron a hablar en las lenguas de todas las gentes. Espantados por el milagro los asesinos del Señor, se dolieron *compungidos*, por haberse dolido fueron cambiados, una vez cambiados *creyeron*: al cuerpo del Señor, esto es, al número de los fieles se sumaron *tres mil* hombres. Asimismo, hecho otro cierto milagro, se sumaron otros *cinco mil*. Resultó una única plebe no pequeña, en que todos, recibido el Espíritu Santo que encendió el amor espiritual, reducidos a la unidad por la caridad misma y el hervor del Espíritu, en esa misma unidad social comenzaron a vender *todo lo que* tenían y a poner *a los pies de los apóstoles los importes*, para que a cada uno se distribuyera como *cada cual tenía necesidad* ellos dice la Escritura esto: que en Dios *tenían una sola alma y corazón*.

Atended, pues, hermanos, y por lo dicho reconoced el misterio de la Trinidad, cómo decimos: existe el Padre, existe el Hijo y existe el Espíritu Santo, y empero existe un único Dios. He ahí que aquéllos eran tantos *miles* y había *un solo corazón*; he ahí

²⁰⁶ Ergo et hic: *Tempus meum nondum venit; tempus autem vestrum*, id est, mundi gloria, *semper est paratum*. Hoc est tempus de quo in prophetia loquitur Christus, id est, corpus Christi: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*. Modo enim non est tempus iudicandi, sed iniquos tolerandi. Ferat igitur modo corpus Christi, et toleret iniquitatem male viventium. Habeat tamen iustitiam modo, antequam habeat iudicium: per iustitiam enim perveniet ad iudicium. Tolerantibus quippe membris iniquitatem saeculi huius quid Scriptura sancta dicit in Psalmo? *Non repellet Dominus plebem suam*. Laborat quippe **plebs** eius inter indignos, inter iniquos, inter blasphemantes, inter murmurantes, detrahentes, insectantes, et si liceat, perimentes. Laborat quidem; sed *non repellet Dominus plebem suam, et haereditatem suam non derelinquet, quoadusque iustitia convertatur in iudicium. Quoadusque iustitia* quae modo est in sanctis eius, *convertatur in iudicium*; cum implebitur quod eis dictum est: *Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel*. Habebat iustitiam Apostolus, sed nondum illud iudicium de quo dicit: *Nescitis quoniam angelos iudicabimus?* Sit ergo modo tempus iuste vivendi, postea erit tempus eos qui male vixerint, iudicandi. *Quoadusque iustitia*, inquit, *convertatur in iudicium*. Hoc erit tempus iudicii, de quo Dominus modo dixit: *Tempus meum nondum venit*. Erit enim tempus gloriae, ut qui venit in humilitate, veniat in altitudine. Qui venit iudicandus, veniet iudicaturus: qui venit occidi a mortuis, veniet iudicare de vivis et mortuis. *Deus*, inquit Psalmus, *manifestus veniet, Deus noster et non silebit*. Quid est, *manifestus veniet?* Quia venit occultus. Tunc non silebit: nam quando venit occultus *sicut ovis ad immolandum ductus est, et sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum*. Veniet et non silebit. *Tacui*, inquit, *numquid semper tacebo?*

que eran tantos *miles* y había *una sola alma*. Pero ¿dónde? En Dios. ¡Cuánto más Dios mismo! ¿Acaso yerro en la palabra cuando digo que dos hombres son dos almas, o tres hombres tres almas, o muchos hombres muchas almas? Hablo de modo recto, evidentemente. Acérquense a Dios: *Una sola* es el *alma* de todos. Si, por haberse acercado a Dios, muchas almas son *una sola alma* por la caridad y muchos corazones *un solo corazón*, en el Padre y el Hijo ¿qué hace la Fuente misma de la caridad? ¿Acaso ahí la Trinidad no es más un solo Dios?, efectivamente, de ahí nos viene la caridad, del Espíritu Santo mismo, como dice el Apóstol: *La caridad de Dios ha sido derramada en nuestros corazones mediante el Espíritu Santo que nos ha sido dado*. Si, pues, *la caridad de Dios derramada en nuestros corazones mediante el Espíritu Santo que nos ha sido dado* hace de muchas almas una sola alma y de muchos corazones han un solo corazón, ¿cuánto más el Padre y el hijo y el Espíritu Santo serán un solo Dios, una sola Luz y un solo Principio?²⁰⁷

Tratado XLVII, 2: *Sabéis cuál es la mesa del Poderoso: ahí están el cuerpo y la sangre de Cristo; quien se acerca a tal mesa, prepare algo igual. Y ¿qué significa “prepare algo igual”? Como él mismo* depuso por nosotros su alma, así también nosotros, *para dar buen ejemplo al pueblo y sostener la fe*, debemos deponer por los hermanos las almas. *Por eso a Pedro, de quien quería hacer un pastor bueno, dice no en atención a Pedro mismo, sino en atención a su cuerpo: Pedro, ¿me amas? Apacienta mis ovejas. Esto una vez, esto de nuevo, esto por tercera vez, hasta entristecerlo. Y tras haberlo interrogado el Señor tanto cuanto juzgó que había de interrogársele para que confesase tres veces quien tres veces había negado, y tras haberles encomendado tres veces sus ovejas para apacentarlas, le dice: Cuando eras más joven, te ceñías y caminabas adonde querías; en cambio, cuando hayas envejecido, extenderás tus manos, y otro te ceñirá y conducirá adonde tú no quieres. Y el evangelista ha explicado qué había dicho el Señor: Ahora bien, afirma, dijo esto para significar con qué muerte iba a glorificar a Dios. A esto, pues, se refiere “Apacienta mis ovejas”: a que depongas por mi ovejas tu alma*²⁰⁸.

²⁰⁷ Accipite aliquid de Scripturis sanctis, unde hoc quod dicitur utcumque capiat. Posteaquam Dominus noster Iesus Christus resurrexit, et cum voluit ascendit in coelum, decem diebus illic impletis misit inde Spiritum sanctum: quo impleti qui aderant in conclavi uno, omnium **gentium** linguis coeperunt loqui. Miraculo exterriti Domini interfectores, compuncti doluerunt, dolentes mutati sunt, mutati crediderunt: accesserunt corpori Domini, id est numero fidelium, tria millia hominum. Item alio facto quodam miraculo, accesserunt alia quinque millia; facta est **plebs** una non parva: in qua omnes accepto Spiritu sancto, quo amor spiritualis accensus est, caritate ipsa et fervore spiritus in unum redacti, coeperunt in ipsa **societatis** unitate vendere omnia quae habebant, et pretia ponere ad pedes Apostolorum, ut distribueretur unicuique, sicut cuique opus erat. Et hoc de illis Scriptura dicit, quod erat eis anima una et cor unum in Deum. Attendite ergo, fratres, et hinc agnoscite mysterium Trinitatis, quomodo dicamus: Et Pater est, et Filius est, et Spiritus sanctus est, et tamen unus Deus est. Ecce illi tot millia erant, et cor unum erat; ecce tot millia erant, et una anima erat. Sed ubi? In Deo. Quanto magis ipse Deus? Numquid erro in verbo, quando dico duos homines duas animas, aut tres homines tres animas, aut multos homines multas animas? Recte utique dico. Accedant ad Deum, una anima est omnium. Si accedentes ad Deum, multae animae per caritatem una anima est, et multa corda unum cor; quid agit ipse fons caritatis in Patre et Filio? Nonne ibi magis Trinitas unus est Deus? Inde enim nobis caritas venit, de ipso Spiritu sancto, sicut dicit Apostolus: *caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis*. Si ergo *caritas Dei diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis*, multas animas facit unam animam, et multa corda facit unum cor; quanto magis Pater et Filius et Spiritus sanctus, Deus unus, lumen unum, unumque principium?

²⁰⁸ Mensa potentis quae sit, nostis; ibi est corpus et sanguis Christi: qui accedit ad talem mensam, praeparet talia. Et quid est, praeparet talia? *Quomodo ipse pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus, ad aedificandam plebem et asserendam fidem, animas pro fratribus ponere*. Ideo Petro quem facere volebat pastorem bonum, non in ipso Petro, sed in corpore suo ait: *Petre, amas me? pasce oves meas*. Hoc semel, hoc iterum, hoc tertio usque ad eius tristitiam. Et cum tantum interrogasset Dominus, quantum interrogandum esse iudicavit, qui ter confiteretur qui ter negaverat, et ei suas oves pascendas tertio commendasset; ait illi: *Cum iunior esses, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extends manus tuas, et alter te cinget, et*

Tratado LI, 5: *Y halló Jesús un asnillo y se sentó sobre él.* Aquí está dicho brevemente porque con todas las letras se lee en los otros evangelistas cómo sucedió. Ahora bien, se aplica a este hecho un testimonio profético, para que apareciese que las malignas autoridades de los judíos no entendían a ese en quien se cumplía lo que leían. *Jesús, pues, halló un asnillo y se sentó sobre él, como está escrito: No temas, hija de Sión, he ahí que tu rey viene sentado en un pollino de asna.* Entre aquel pueblo estaba, pues, la *hija Sión*; Jerusalén es la misma que Sión. Entre aquel pueblo réprobo y ciego, repito, estaba empero la *hija de Sión*, a la que se diría: *No temas; he ahí que tu rey viene sentado sobre un pollino de asna.* Esta *hija de Sión* a quien se dice eso estaba entre las ovejas que escuchaban *la voz* del Pastor; estaba entre la multitud que con tanta devoción loaba, con tan gran grupo escoltaba al Señor que venía. A ella está dicho: “*No temas; reconoce al que loas y, cuando padece, no tiembles, porque se derrama la sangre mediante la que se borre tu delito y se te devuelva la vida*”. Pero por el *pollino de asna* en que *nadie* se había sentado –esto, en efecto, se halla en otros evangelistas– entendemos el pueblo de las gentes, el cual no había recibido *la Ley del Señor*. Por el *asna*, en cambio –que uno y otro jumento se le trajo al Señor–, entendemos su plebe, que venía del pueblo de Israel; no la enteramente indómita, sino la que reconoció *el pesebre del Señor*²⁰⁹.

ducat quo tu non vis. Et exposuit Evangelista quid Dominus dixerit: *Hoc autem* inquit, *dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.* Ad hoc ergo pertinet: *Pasce oves meas:* ut ponas animam tuam pro ovibus meis.
²⁰⁹ *Et invenit Iesus asellum, et sedit super eum.* Hic breviter dictum est: nam quemadmodum sit factum, apud alios evangelistas plenissime legitur. Adhibetur autem huic facto propheticum testimonium, ut appareret quod maligni principes Iudaeorum eum non intellegebant, in quo implebantur quae legebant. *Invenit ergo Iesus asellum, et sedit super eum: sicut scriptum est: Noli timere, filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinae.* In illo ergo **populo** erat filia Sion: ipsa est Ierusalem quae Sion. In illo, inquam, **populo** reprobato et caeco, erat tamen filia Sion, cui diceretur: *Noli timere: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinae.* Haec filia Sion cui divinitus ista dicuntur, in illis erat ovibus quae vocem pastoris audiebant; in illa erat multitudo quae Dominum venientem tanta devotione laudabat, tanto agmine deducebat. Ei dictum est: *Noli timere:* illum agnosce qui a te laudatur, et noli trepidare cum patitur; quia ille sanguis funditur, per quem tuum delictum deleatur, et vita reddatur. Sed pullum asinae in quo nemo sederat (hoc enim apud alios evangelistas invenitur) intellegimus **populum Gentium**, qui Legem Domini non acceperat. Asinam vero (quia utrumque iumentum Domino adductum est) **plebem** eius quae veniebat ex **populo** Israel, non indomitam plane, sed quae praesepe Domini agnovit.

REGNUM

Tratado III, 21: Oyes que es justo; lo amas y abrazas. Hermanos míos, premios tales se nos han prometido: amad algo de esa clase, suspirad por un reino de esa clase, desead una patria de esa clase, si queréis llegar a eso con que vino a nuestro Señor, es decir, a la gracia y la verdad. Si, en cambio, deseas de Dios premios corporales, aún estás *bajo ley*, y por ello cumplirás la Ley misma. En efecto, cuando ves que esto temporal abunda en esos que ofenden a Dios, vacilan tus pasos y te dices: “He aquí que yo adoro a Dios; corro todos los días a la iglesia; mis rodillas están trituradas de tanto rezar, pero asiduamente me enfermo. Los hombres cometen homicidios, cometen robos; exultan y tienen en abundancia, les va bien. ¿Es esto, pues, lo que pedías a Dios?”²¹⁰

Tratado IV, 4: Ve, pues, Vuestra Caridad lo que digo: ante los judíos, Cristo se había desprendido ya *de un monte*. El monte significaba el reino judío. Pero el reino de los judíos no había llenado *toda* la haz de *la tierra*. De allí se desgajó aquella *pedra*, porque de ahí ha nacido ahora el Señor. ¿Y por qué *sin manos*? Porque la Virgen parió a Cristo sin colaboración de varón. Esa *pedra*, pues, ante los ojos de los judíos estaba ya desprendida *sin manos*; pero era insignificante. Y con razón, porque esa piedra todavía no había crecido ni llenado el orbe de la tierra. Esto muestra en su reino, que es la Iglesia, con la que ha llenado toda la haz de la tierra²¹¹.

Tratado IV, 13: ¿Para qué sirvió que recibiese el bautismo del siervo? Para que tú no te desdeñes de recibir el bautismo del Señor. Atienda Vuestra Caridad. Iban a aparecer en la Iglesia algunos catecúmenos con gracia muy excelente. En efecto, a veces sucede que ves a un catecúmeno abstenerse de todo contacto carnal, decir adiós al mundo, renunciar a todo lo que poseía, distribuirlo a los pobres, y es un catecúmeno instruido quizá en la doctrina salvadora, incluso más que muchos fieles. Es de temer que éste, al pensar en los fieles casados o quizá ignorantes o que tienen y poseen sus cosas, que él ya ha distribuido a los pobres, respecto al santo bautismo mediante el que son perdonados los pecados, diga para sus adentros: “¿Qué más voy a recibir? He aquí que yo soy mejor que este y aquel fiel”; y, al suponer que él es mejor que aquél, que ya está bautizado, se desdeñe a venir al bautismo, diciendo: “Voy a recibir lo que tienen éste y aquél”, y ponga ante sí a los que desprecia, y que para él no tenga valor recibir lo que han recibido quienes, porque él se considera ya mejor, son inferiores y, sin embargo, todos los pecados están sobre él y, si no viniere al bautismo salvador, donde se disuelven los pecados, con toda su excelencia no puede *entrar al reino de los cielos*²¹².

²¹⁰ Talia nobis praemia promissa sunt, fratres mei: tale aliquid amate, tali **regno** suspirate, talem patriam desiderate; si vultis pervenire ad id cum quo venit Dominus noster, id est, ad gratiam et veritatem. Si autem corporalia praemia concupieris a Deo, adhuc sub Lege es, et ideo ipsam Legem non implebis. Quando enim videris abundare ista temporalia in eis qui Deum offendunt, nutant gressus tui, et dicit tibi: Ecce ego colo Deum, quotidie ad **ecclesiam** curro, genua mihi trita sunt in orationibus; et assidue aegroto: homicidia faciunt homines, rapinas faciunt; exsultant et abundant, bene est illis. Talia ergo quaerebas a Deo?

²¹¹ Videat ergo Caritas vestra quod dico: Christus ante Iudaeos iam praecisus erat de monte. Montem **regnum** vult intellegi Iudaeorum. Sed **regnum** Iudaeorum non impleverat universam faciem terrae. Inde praecisus est ille lapis, quia inde natus est in praesentia Dominus. Et quare sine manibus? Quia sine opere virili Virgo peperit Christum. Iam ergo erat lapis ille praecisus sine manibus, ante oculos Iudaeorum: sed humilis erat. Non immerito; quia nondum creverat lapis ille, et impleverat orbem terrarum: quod ostendit in **regno** suo, quod est **Ecclesia**, qua implevit totam faciem terrae.

²¹² Et quid profuit quia suscepit baptismum servi? Ut tu non dedignareris suscipere baptismum Domini. Intendat Caritas vestra. Futuri erant aliqui in **Ecclesia** excelsioris gratiae catechumeni. Fit enim aliquando ut videas catechumenum abstinentem ab omni concubitu, valefacientem saeculo, renuntiantem omnibus

Tratado VIII, 12: No *había*, pues, *llegado aún la hora*, no era aún la oportunidad. Había que llamar a los discípulos, había que anunciar el reino de los cielos, había que realizar prodigios, había que hacer valer con milagros la divinidad del Señor, había que hacer valer con el sufrimiento común de la condición mortal la humanidad del Señor. En efecto, quien porque era hombre tenía hambre, porque era Dios alimentó con *cinco panes* a otros tantos *millares*; quien porque era hombre *dormía*, porque era Dios daba órdenes *a los vientos* y las olas. Había que hacer valer primero todo esto, para que hubiese qué escribieran los evangelistas, qué se predicase a la Iglesia. Ahora bien, cuando hizo tanto cuanto juzgó suficiente, llegó la hora no de la necesidad, sino de la voluntad; no de la condición, sino de la potestad²¹³.

Tratado IX, 15: Por otra parte, en la era quinta, cual en la quinta hidria, Daniel vio que *del monte* era cortada *sin manos* una piedra, que hizo pedazos todos los reinos de las tierras, que esa piedra creció, se hizo un monte grande hasta llenar *toda* la faz de la tierra. ¿Qué más claro, hermanos míos? La *piedra* es cortada *del monte*; ella es *la piedra que desecharon los constructores y fue convertida en piedra angular*. ¿De qué monte es cortada sino del reino de los judíos, de donde nuestro Señor Jesucristo nació *según la carne*?. Y es cortada *sin manos*, sin obra humana, porque sin abrazo marital nació de la Virgen. El monte de donde fue cortada no había llenado *toda* la faz de la tierra, pues el reino judío no había tenido en su poder a todas las naciones. En cambio, vemos que el reino de Cristo ocupa todo el orbe de las tierras²¹⁴.

Tratado IX, 17: Pero ¿cómo nuestro que todas las naciones tienen que ver con las *dos o tres metretas*? De hecho, fue en cierto modo cosa del tasador, para hacer valer el misterio, contar como *dos* las que había contado como *tres*. ¿Cómo son dos las metretas? *Circuncisión y prepucio*. La Escritura recuerda estos dos pueblos y no omite ninguna raza humana cuando dice: *Circuncisión y prepucio*. En estos dos nombres

quae possidebat, distribuentem pauperibus; et catechumenus est, instructus etiam forte doctrina salutari supra multos fideles. Timendum est huic ne dicat apud semetipsum de Baptismate sancto quo peccata dimittuntur: Quid plus accepturus sum? Ecce ego melior sum illo fideli et illo fideli: cogitans fideles aut coniugatos, aut forte idiotas, aut habentes et possidentes res suas, quas ipse distribuit iam pauperibus, et meliorem se esse arbitrans quam ille qui iam baptizatus est, dedignetur venire ad Baptismum, dicens: Hoc sum accepturus quod habet ille et ille; et proponat sibi illos quos contemnit, et quasi sordeat illi hoc accipere quod acceperunt inferiores, quia iam videtur ipse sibi melior: et tamen omnia peccata super illum sunt, et nisi venerit ad salutarem Baptismum, ubi peccata solvuntur, cum omni excellentia sua non potest intrare in **regnum** coelorum.

²¹³ Hora ergo nondum venerat, opportunitas nondum erat. Vocandi erant discipuli, annuntiandum erat **regnum** coelorum, faciendae erant virtutes, commendanda erat divinitas Domini in miraculis, commendanda erat humanitas Domini in ipsa compassione mortalitatis. Ille enim qui esuriebat, quia homo erat, pavit quinque panibus tot millia, quia Deus erat: qui dormiebat, quia homo erat, ventis et fluctibus **imperabat**, quia Deus erat. Haec omnia commendanda erant prius, ut esset quod scriberent Evangelistae, quod praedicaretur **Ecclesiae**. At ubi tantum fecit, quantum sufficere iudicavit; venit hora non necessitatis, sed voluntatis, non conditionis, sed potestatis.

²¹⁴ Iam vero in quinta aetate, tamquam in quinta hydria, Daniel vidit lapidem praecisum de monte sine manibus, et fregisse omnia **regna** terrarum; et crevisse illum lapidem, et factum esse montem magnum, ita ut impleret universam faciem terrae. Quid apertius, fratres mei? Lapis de monte praeciditur: ipse est lapis *quem reprobaverunt aedificantes, et factus est in caput anguli*. De quo monte praeciditur, nisi de **regno** Iudaeorum, unde Dominus noster Iesus Christus secundum carnem natus est? Et praeciditur sine manibus, sine opere humano; quia sine amplexu maritali de virgine exortus est. Mons ille unde praecisus est, non impleverat universam faciem terrae: non enim tenuerat **regnum** Iudaeorum omnes **gentes**. At vero **regnum** Christi, universum orbem terrarum cernimus occupare.

tienes a todas las naciones: son las dos metretas. Cristo *fue hecho* piedra angular, cuando estas dos paredes vinieron en sentido contrario a hacer la pan en él mismo.

⁴⁰⁸ De mercenario autem quid dicimus? Non in bonis hic commemoratus est. *Pastor bonus*, ait, *animam suam dat pro ovibus. Mercenarius, et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit; et lupus rapit, et dispergit oves*. Non hic bonam personam mercenarius gerit, et tamen in aliquo utilis est: nec mercenarius diceretur, nisi acciperet a conducente mercedem. Quis est ergo iste mercenarius, et culpabilis et necessarius? Hic vero, fratres, luceat nobis ipse Dominus, ut et mercenarios intellegamus, et mercenarii non simus. Quis est ergo mercenarius? Sunt in **Ecclesia** quidam praepositi, de quibus Paulus apostolus dicit: *Sua quaerentes, non quae Iesu Christi*. Quid est, *sua quaerentes*? Non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quaerentes; temporalia commoda consecretantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Haec quando amantur a praeposito, et propter haec servitur Deo; quisquis est talis, mercenarius est, inter filios se non computet. De talibus enim et Dominus dicit: *Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam*. Audi de Timotheo sancto quid dicat apostolus Paulus: *Spero autem in Domino Iesu Timotheum cito mittere vobis, ut et ego bono animo sim, cum cognovero quae circa vos sint: neminem enim habeo unanimum, qui germane de vobis sollicitus sit. Omnes enim sua quaerunt, non quae Iesu Christi*. Inter mercenarios pastor ingemuit: Quaesivit aliquem qui sinceriter diligeret gregem Christi, et circa se in eis qui cum illo eo tempore fuerant, non invenit. Non enim in **Ecclesia** Christi tunc praeter Paulum apostolum et Timotheum nemo erat qui germane de grege sollicitus esset: sed contigerat ut eo tempore quo Timotheum misit, circa se alium de filiis non haberet; sed soli mercenarii cum illo essent, *sua quaerentes, non quae Iesu Christi*. Et tamen ipse germane de grege sollicitus, maluit filium mittere, et inter mercenarios remanere. Invenimus et mercenarios, non eos discutit nisi Dominus; qui cor inspicit, ipse discutit: tamen aliquando intelleguntur a nobis. Non enim frustra dixit ipse Dominus etiam de lupis: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Multos interrogant tentationes, et tunc apparent cogitationes: multi autem latent. Habeat ovile Domini praepositos, et filios et mercenarios. Praepositi autem qui filii sunt, pastores sunt. Si pastores sunt, quomodo unus pastor, nisi quia sunt illi omnes unius membra pastoris, cuius sunt oves propriae? Nam et ipsi membra sunt ipsius unius ovis; quia *sicut ovis ad immolandum ductus est*.

haced lo que dicen; en cambio, *no hagáis* lo que hacen. ¿Qué otra cosa ha dicho, sino “mediante los asalariados escuchad *la voz del pastor*”? En efecto, sentándose en *la cátedra de Moisés*, enseñan la ley de Dios; Dios, pues, enseña mediante ellos; pero, si quieren ellos enseñar *lo suyo, no escuchéis, no lo hagáis*, pues esos tales *buscan lo suyo, no lo de Jesucristo*. Ningún asalariado osó decir al pueblo de Cristo: “Busca lo tuyo, *no lo de Jesucristo*”. Por cierto, no predica desde la cátedra de Cristo lo que hace mal; lesiona precisamente por los males que hace, no por las cosas buenas que dice. Tú coge el racimo, guárdate de la espina. Bien, porque habéis entendido; pero en atención a los más torpes diré con toda claridad esto mismo. ¿Cómo he dicho: “Coge tu racimo, guárdate de la espina”, aunque el señor dice: *¿Acaso recogen de los espinos uva, o de los abrojos higos?*⁴⁰⁹

Tratado XLIX, 3: Si, pues, por su gran gracia y por su gran misericordia resucita el Señor las almas para que no muramos eternamente, entendemos bien que los tres muertos que en cuanto a los cuerpos resucitó significan y figuran algo sobre las resurrecciones de las almas, que son hechas mediante la fe. Resucitó a la hija del *arquisinagogo*, yacente aún ella en casa; resucitó al joven hijo de una viuda, sacado fuera de las puertas *de la ciudad*; resucitó a Lázaro, sepultado de cuatro días.

Mire cada cual a su alma: si peca, muere; el pecado es la muerte del alma. Pero a veces se peca en el pensamiento. Te deleitó lo que es malo, consentiste, pecaste; ese consentimiento te ha matado; pero la muerte está dentro, porque el pensamiento malo no resultó aún en hecho. Para significar el Señor que él resucita a un alma tal, resucitó a la niña que aún no había sido sacada afuera, sino que yacía muerta en casa; por así decirlo, el pecado estaba oculto. Si, en cambio, no sólo consentiste en una delectación mala, sino que también hiciste el mal mismo, sacaste fuera de la puerta al muerto, por así decirlo; ya estás fuera y muerto te han sacado. Sin embargo, también a ese mismo lo resucitó el Señor y lo *devolvió a su madre* viuda. Se has pecado, arrepiéntete, y el Señor te resucita y te devolverá a la Iglesia, tu madre.

El tercer muerto es Lázaro. Hay un género de muerte monstruoso: se llama la mala costumbre. Una cosa es, en efecto, pecar; otra, formar la costumbre de pecar: Quien peca y se corrige al instante, revive rápidamente; porque no está aún implicado en la costumbre, no está sepultado. Quien, en cambio, acostumbra a pecar, está sepultado y de él se dice bien “*hiede*”, pues comienza a tener pésima fama, olor asquerosísimo, digamos. Así son todos los habituados a malas acciones, los “de costumbres depravadas”. Le dices: “no lo hagas”. ¿Cuándo te escuchará ese a quien así lo oprime la tierra, lo corrompe la putrefacción y lo abruma la mole de la costumbre? Tampoco empero para resucitar a ese mismo fue menor *la fuerza del Mesías*. Sabemos, hemos visto, cotidianamente vemos que los hombres, cambiada del todo una costumbre pésima, viven mejor de lo que viven quienes los criticaban. Detestabas a un hombre; he ahí que la hermana misma de Lázaro –si empero esa misma es la que *ungió con perfume los*

⁴⁰⁹ Audite autem, quia et mercenarii necessarii sunt. Multi quippe in **Ecclesia** commoda terrena sectantes, Christum tamen praedicant, et per eos vox Christi auditur: et sequuntur oves, non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos: *Scribae*, inquit, *et Pharisaei cathedram Moysi sedent: quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite*. Quid aliud dixit, nisi: Per mercenarios vocem pastoris audite? Sedendo enim cathedram Moysi legem Dei docent: ergo per illos Deus docet. Sua vero illi si velint docere, nolite audire, nolite facere. Certe enim tales sua quaerunt, non quae Iesu Christi: nullus tamen mercenarius ausus est dicere **populo** Christi: Tua quaere, non quae Iesu Christi. Quod enim facit male, non praedicat de cathedra Christi: inde laedit unde mala facit, non unde bona dicit. Botrum carpe, spinam cave. Bene, quia intellexistis; sed propter tardiores dicam hoc idem planius. Quomodo dixi: Botrum carpe, spinam cave; cum Dominus dicat: *Numquid colligunt de spinis uvam, aut de tribulis ficum?*

pies del Señor y con sus cabellos secó los que había lavado con lágrimas –fue resucitada mejor que su hermano: fue liberada de la gran mole de la costumbre mala. En efecto, *era pecadora* famosa y de ella está dicho: *Se le perdonan muchos pecados, porque amó mucho*. Vemos a muchos, conocemos a muchos; nadie desespere, nadie presuma *de sí*. Desesperar es malo; también presumir *de sí*. No desespere de forma que elijas de qué presumir⁴¹⁰.

Tratado L, 4: *Por su parte, los pontífices y los fariseos habían dado un mandato: que si alguien supiera dónde está, lo indique para que se apoderen de él*. Nosotros indiquemos ahora mismo a los judíos dónde está Cristo. Ojalá quieran oír y apoderarse de él cualesquiera que son del linaje de quienes *habían dado un mandato: que se les indicase dónde está Cristo*. Vengan a la Iglesia, oigan *dónde está Cristo y que se apoderen de él*. Óigannoslo, óiganlo al Evangelio. Fue asesinado por los padres de ellos, *fue sepultado, resucitó, fue reconocido por los discípulos, ante sus ojos ha ascendido al cielo, allí está sentado a la diestra del Padre; quien fue juzgado va a venir como juez*. ¡Oigan y agárrenlo! Responderán: “¿Cómo agarraré a un ausente? ¿Cómo echaré al cielo la mano para agarrar a quien allí está sentado?”. Echa la fe y lo has agarrado. Tus padres lo agarraron en la carne; tú agárralo en el corazón, porque Cristo ausente está también presente. Si no estuviera presente, no podríamos agarrarlo nosotros mismos. Pero, porque es verdad lo que asevera: *He ahí que yo estoy con vosotros hasta la consumación del mundo*, se marchó y está aquí; ha regresado y no nos abandona, pues ha metido en el cielo su cuerpo, no ha quitado su majestad al mundo⁴¹¹.

⁴¹⁰ Si ergo Dominus magna sua gratia, et magna sua misericordia animas suscitavit, ne moriamur in aeternum; bene intellegimus tres illos mortuos quos in corporibus suscitavit, aliquid significare et figurare de resurrectionibus animarum quae fiunt per fidem: resuscitavit filiam archisynagogi adhuc in domo iacentem; resuscitavit iuvenem filium viduae extra portas civitatis elatum; resuscitavit Lazarum sepultum quatruiduanum. Intueatur quisque animam suam: si peccat, moritur; peccatum, mors est animae. Sed aliquando in cogitatione peccatur. Delectavit quod malum est, consensisti, peccasti; consensio illa occidit te: sed intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit in factum. Talem animam resuscitare se significans Dominus, resuscitavit illam puellam quae nondum erat foras elata, sed in domo mortua iacebat, quasi peccatum latebat. Si autem non solum malae delectationi consensisti, sed etiam ipsum malum fecisti; quasi mortuum extra portam extulisti: iam foris es, et mortuus elatus es. Tamen et ipsum Dominus resuscitavit, et reddidit viduae matri suae. Si peccasti, poeniteat te: et resuscitat te Dominus, et reddet **Ecclesiae** matri tuae. Tertius mortuus est Lazarus. Est genus mortis immane, mala consuetudo appellatur. Aliud est enim peccare, aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat et continuo corrigitur, cito reviviscit: quia nondum est implicatus consuetudine, non est sepultus. Qui autem peccare consuevit, sepultus est, et bene de illo dicitur, *fetet*: incipit enim habere pessimam famam, tamquam odorem teterrimum. Tales sunt omnes assueti sceleribus, perditum moribus. Dicis ei: Noli facere. Quando te audit quem terra sic premit, et tabe corrumpitur, et mole consuetudinis praegravatur? Nec ad ipsum tamen resuscitandum minor fuit virtus Christi. Novimus, vidimus, quotidie videmus homines, pessima consuetudine permutata vivere melius, quam vivunt qui reprehendebant. Detestaberis hominem: ecce ipsa soror Lazari (si tamen ipsa est quae pedes Domini unxit unguento, et tersit capillis suis quos laverat lacrymis) melius suscitata est quam frater eius: de magna malae consuetudinis mole est liberata. Erat enim famosa peccatrix: et de illa dictum est: *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Videmus multos, novimus multos: nemo desperet, nemo de se praesumat. Et desperare malum est, et de se praesumere. Sic noli desperare, ut eligas de quo debeas praesumere.

⁴¹¹ *Dederant autem pontífices et Phariseaei mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum*. Nos indicemus modo Iudaeis, ubi sit Christus. Utinam velint audire et apprehendere quicumque sunt ex semine illorum, qui dederant mandatum ut indicaretur eis ubi esset Christus. Veniant ad **Ecclesiam**, audiant ubi sit Christus, et apprehendant eum. A nobis audiant, ex Evangelio audiant. Occisus est a parentibus eorum, sepultus est, resurrexit, a discipulis agnitus, ante oculos eorum ascendit in coelum, ibi sedet ad dexteram Patris; qui iudicatus est, venturus est iudex: audiant, et teneant. Respondent: Quomodo tenebo absentem? quomodo in coelum manum mittam, ut ibi sedentem teneam? Fidem mitte, et tenuisti. Parentes tui tenuerunt carne, tu tene corde: quoniam Christus absens etiam praesens est. Nisi praesens esset, a nobis ipsis teneri non posset. Sed quoniam verum est, quod ait: *Ecce*

Tratado L, 10: Escuchad; he ahí que el Judas ese no se hizo perverso cuando, sobornado por los judíos, entregó al Señor. En efecto, muchísimos descuidados del evangelio estiman que Judas pereció exactamente cuando de los judíos aceptó dinero para entregar al Señor. No pereció entonces; ya era ladrón y, porque seguía al Señor no con el corazón, sino con el cuerpo, lo seguía como un perdido. Completaba el duodenario número de los Apóstoles, no tenía la dicha apostólica; para prefigurar algo había sido el duodécimo; tras caer él y sucederle otro, se completó la realidad apostólica y permaneció la integridad del número. ¿Qué, pues, *hermanos míos*, quiso nuestro Señor Jesucristo aconsejar a su Iglesia cuando quiso tener entre los doce a un perdido, sino que toleremos a los malos y no dividamos el cuerpo de Cristo? He ahí que Judas esté entre los santos, he ahí que Judas es ladrón y –no lo pases por alto- ladrón sacrílego, no un ladrón cualquiera: ladrón de los cofrecillos, pero de los del Señor; de los cofrecillos, pero sagrados. Si en el foro se disciernen los delitos de cualquier hurto y de *peculado* –*peculado* se llama efectivamente al hurto contra el Estado, y no se condena el hurto de una cosa privada como el de una pública-, ¿cuánto más enérgicamente será condenado el ladrón sacrílego, que haya osado no quitar algo de cualquier lugar, sino quitarlo de la Iglesia? Quien de la Iglesia hurta algo, se compara con el perdido Judas. Tal era ese Judas y empero entraba y salía con los once discípulos santos. Se acercó igualmente a la Cena misma del Señor; pudo convivir con ellos, no pudo corromperlos. *De un único pan* recibieron Pedro y Judas; y empero ¿*qué parte tenía el fiel con el infiel?*. Pedro, en efecto, lo recibió *en orden a la vida*, Judas *en orden a la muerte*. Por cierto, como el *olor bueno*, así también el alimento bueno. Como, pues el *olor bueno*, así también el alimento bueno: vivifica a los buenos, da muerte a los malos, *pues quien comiere indignamente, para sí come y bebe la condena, la condena para sí*, no para ti. Si *la condena es para sí*, no para ti, como bueno tolera al malo para que vengas a los premios de los buenos y no seas enviado a la pena de los malos⁴¹².

Tratado L, 11: Tomad ejemplo del Señor mientras vivió en la tierra. ¿Por qué tuvo *cofrecillos* ese a quien *los ángeles* sirvieron, sino porque su Iglesia iba a tener sus *cofrecillos*?. ¿Por qué admitió a un ladrón, sino para que su Iglesia tolere pacientemente a los ladrones? Pero el que solía quitar de los cofrecillos dinero, recibido el dinero, no

ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi; et abiit, et hic est; et rediit, et nos non deserit: corpus enim suum intulit coelo, maiestatem non abstulit mundo.

⁴¹² Ecce audite quia Iudas iste non tunc perversus factus est, quando a Iudaeis corruptus Dominum tradidit. Plerique enim incuriosi Evangelii, existimant tunc periisse Iudam, quando accepit a Iudaeis pecuniam ut Dominum traderet. Non tunc periit, iam fur erat, et Dominum perditus sequebatur; quia non corde, sed corpore sequebatur. Duodenarium numerum Apostolorum implebat, apostolicam beatitudinem non habebat, ad imaginem fuerat duodecimus: quo decedente, et alio succedente, et suppleta est apostolica veritas, et numeri permansit integritas. Quid ergo voluit Dominus noster Iesus Christus, fratres mei, admonere **Ecclesiam** suam, quando unum perditum inter duodecim habere voluit, nisi ut malos toleremus, nec corpus Christi dividamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas, et, ne contempnas, fur et sacrilegus, non qualiscumque fur: fur loculorum, sed dominicorum; loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro, qualiscumque furti et peculatus; peculatus enim dicitur furtum de **re publica**; et non sic iudicatur furtum rei privatae quomodo **publicae**: quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit non undecumque tollere, sed de **Ecclesia** tollere? Qui aliquid de **Ecclesia** furatur, Iudae perditio comparatur. Talis erat iste Iudas, et tamen cum sanctis discipulis undecim intrabat et exibat. Ad ipsam dominicam coenam pariter accessit: conversari cum eis potuit, eos inquinare non potuit. De uno pane et Petrus et Iudas accepit, et tamen quae pars fideli cum infideli? Petrus enim accepit ad vitam, Iudas ad mortem. Quomodo enim ille odor bonus, sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor bonus, ita et cibus bonus, bonos vivificat, malos mortificat. *Qui enim manducaverit indigne, iudicium sibi manducat et bibit: iudicium sibi*, non tibi. Si iudicium sibi, non tibi; tolera malum bonus, ut venias ad praemia bonorum, ne mittaris in poenam malorum.

dudó en vender al Señor en persona. Veamos qué responde a eso el Señor. Mirad, hermanos; no le contesta: “Por tus hurtos dices eso”. Lo conocía como ladrón, mas no lo comprometía, sino que, más bien, lo toleraba y nos mostraba un ejemplo de paciencia para soportar en la Iglesia a los malos. Le dijo, pues, Jesús: *Déjala que lo guarde para el día de mi sepultura*. Notificó que él iba a morir⁴¹³.

Tratado L, 12: Pero ¿qué es lo que sigue? *Pues a los pobres los tendréis siempre con vosotros; a mí, en cambio, no me tendréis siempre*. Entendemos ciertamente “*A los pobres los tendréis siempre*”; es verdad lo que ha dicho. ¿Cuándo la Iglesia ha estado sin pobres? “*A mí, en cambio, no me tendréis siempre*”, ¿qué significa? ¿Cómo ha de entenderse: *A mí, en cambio, no me tendréis siempre*? No os asustéis; a Judas está dicho, ¿Por qué, pues, no ha dicho “tendrás”, sino *tendréis*? Porque no hay un único Judas. Un único malo significa la corporación de los malos, como Pedro la corporación de los buenos, mejor dicho, la corporación de la Iglesia, pero en cuanto a los buenos. Efectivamente, si en Pedro no estuviera el sacramento de la Iglesia, no le diría el Señor: *Te daré las llaves del reino de los cielos; cualquier cosa que desatares en la tierra, quedará desatada también en el cielo, y cualquier cosa que atares en la tierra, quedará atada también en el cielo*. Si esto está dicho sólo a Pedro, la Iglesia no hace esto. Si, en cambio, también en la Iglesia sucede que lo que se ata *en la tierra* se ate *en el cielo*, y que lo que se desata *en la tierra* se desate *en el cielo* porque, cuando la Iglesia excomulga, el excomulgado es atado *en el cielo* y, cuando es reconciliado por la Iglesia, *en el cielo* es soltado el reconciliado; si, pues, esto sucede en la Iglesia, cuando Pedro recibió las llaves significó a la Iglesia. Si en la persona de Pedro están significados los buenos que hay en la Iglesia, en la persona de Judas están significados los malos que hay en la Iglesia. A esos mismos está dicho: *A mí, en cambio, no me tendréis siempre*. En efecto, ¿qué quiere decir *no siempre*? Y ¿qué quiere decir *siempre*? Si eres bueno, si perteneces al cuerpo que Pedro significa, tienes a Cristo en el presente y en el futuro: en el presente, mediante la fe; en el presente, mediante la señal; en el presente, mediante el sacramento del bautismo; en el presente, mediante la comida y la bebida del altar. Tienes a Cristo en el presente; pero lo tendrás siempre porque, cuando de aquí salieres, llegarás al que dijo al bandido: *Hoy estarás conmigo en el paraíso*. Si, en cambio, te comportas mal, parecerá que tienes en el presente a Cristo porque entras en la iglesia, te signas con la señal de Cristo, estás bautizado con el bautismo de Cristo, te mezclas con los miembros de Cristo y te acercas al altar de Cristo; en el presente tienes a Cristo, pero, viviendo mal, *no lo tendrás siempre*⁴¹⁴.

⁴¹³ Exemplum Domini accipite conversantis in terra. Quare habuit loculos cui Angeli ministraverunt, nisi quia **Ecclesia** ipsius loculos suos habitura erat? Quare furem admisit, nisi ut eius **Ecclesia** fures patienter toleret? Sed ille qui consueverat de loculis pecuniam tollere, non dubitavit accepta pecunia ipsum Dominum vendere. Videamus quid ad ista Dominus respondeat. Videte, fratres: non illi ait: Propter furta tua dicis ista. Furem noverat, nec prodebat; sed potius tolerabat, et ad perferendos malos in **Ecclesia** nobis exemplum patientiae demonstrabat. *Dixit ergo ei Iesus: Sine illam, ut in diem sepulturae meae servet illud*. Morituum se denunciavit.

⁴¹⁴ Sed quid est quod sequitur? *Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis*. Intellegimus quidem: *Pauperes semper habebitis*: quod dixit, verum est. Quando **Ecclesia** sine pauperibus? *Me autem non semper habebitis*, quid sibi vult? Quomodo intellegendum est: *Me autem non semper habebitis*? Nolite expavescere; Iudae dictum est. Quare ergo non dixit, habebis; sed, *habebitis*? Quia non unus est Iudas. Unus malus corpus malorum significat; quomodo Petrus corpus bonorum, imo corpus **Ecclesiae**, sed in bonis. Nam si in Petro non esset **Ecclesiae** sacramentum, non ei diceret Dominus: *Tibi dabo claves regni coelorum: quaecumque solveris in terra, soluta erunt et in coelo; et quaecumque ligaveris in terra, ligata erunt et in coelo*. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc **Ecclesia**. Si autem et in **Ecclesia** fit, ut quae in terra ligantur, in coelo ligentur, et quae solvantur in terra, solvantur in coelo: quia cum excommunicat **Ecclesia**, in coelo ligatur excommunicatus; cum reconciliatur

Tratado L, 13: Dicho de otra forma: según la presencia de la majestad tenemos *siempre* a Cristo; según la presencia de la carne, con razón está dicho a los discípulos: *A mí, en cambio, no me tendréis siempre*. En efecto, según la presencia de la carne lo tuvo la Iglesia pocos días; ahora mismo lo aferra con la fe, no lo ve con los ojos. Si, pues, en este sentido está dicho “*A mí, en cambio, no me tendréis siempre*”, el problema, que se ha solucionado de dos modos, es ya, como opino, nulo⁴¹⁵.

Tratado LI, 13: Cuando, pues, oís, hermanos, decir al Señor: “*Donde yo estoy, allí estará también mi servidor*”, no penséis sólo en los obispos y clérigos buenos. También vosotros servid a vuestra manera a Cristo, viviendo bien, dando limosna, predicando su nombre y doctrina a quienes podáis, de forma que también cada padre de familia reconozca por este nombre que él debe a su familia afecto paternal. Por Cristo y por la vida eterna amoneste, enseñe, exhorte, corrija a todos los suyos, emplee la benevolencia, ejerza la disciplina; así cumplirá en su casa una función eclesiástica y, en cierto modo, episcopal, pues sirve a Cristo para estar eternamente con él. De hecho, muchos de vuestra clase sirvieron ese máximo servicio del padecimiento; muchos no obispos ni clérigos, *jóvenes y vírgenes, viejos con los más jóvenes*, muchos casados y casadas, muchos padres y madres de familia, para servir a Cristo depusieron incluso sus vidas como testimonio a favor de él y, por haberlos honrado el Padre, recibieron coronas gloriosísimas⁴¹⁶.

Tratado LII, 8: Pero dice alguien: ¿acaso no fue echado *fuera* del corazón de los patriarcas, del de los profetas y del de los antiguos justos? Simple y llanamente, fue echado. ¿Cómo, pues, está dicho: *Ahora será echado fuera*? ¿Cómo, suponemos, sino porque está predicho que ya muy pronto va a suceder ahora en muchos y grandes pueblos lo que entonces sucedió en poquísimos hombres? Así también, lo que está dicho: *Ahora bien, aún no había sido dado el Espíritu, porque aún no había sido glorificado Jesús*, puede tener una cuestión semejante y una solución semejante. En

ab **Ecclesia**, in coelo solvitur reconciliatus: si hoc ergo in **Ecclesia** fit, Petrus quando claves accepit, **Ecclesiam** sanctam significavit. Si in Petri persona significati sunt in **Ecclesia** boni, in Iudae persona significati sunt in **Ecclesia** mali; ipsis dictum est: *Me autem non semper habebitis*. Quid est enim, *non semper*? Et quid est, *semper*? Si bonus es, si ad corpus pertines, quod significat Petrus; habes Christum et in praesenti et in futuro: in praesenti per fidem, in praesenti per signum, in praesenti per Baptismatis sacramentum, in praesenti per altaris cibum et potum. Habes Christum in praesenti, sed habebis semper; quia cum hinc exieris, ad illum venies qui dixit latroni: *Hodie mecum eris in paradiso*. Si autem male versaris, videris habere in praesenti Christum, quia intras **Ecclesiam**, signas te signo Christi, baptizaris baptismo Christi, misces te membris Christi, accedis ad altare Christi: in praesenti habes Christum, sed male vivendo non semper habebis.

⁴¹⁵ Aliter: secundum praesentiam maiestatis semper habemus Christum; secundum praesentiam carnis, recte dictum est discipulis: *Me autem non semper habebitis*. Habuit enim illum **Ecclesia** secundum praesentiam carnis paucis diebus: modo fide tenet, oculis non videt. Ergo sive ita dictum est: *Me autem non semper habebitis*, quaestio sicut arbitror iam nulla est, quae duobus modis soluta est.

⁴¹⁶ Cum ergo auditis, fratres, Dominum dicentem: *Ubi ego sum, illic et minister meus erit*; nolite tantummodo bonos episcopos et clericos cogitare. Etiam vos pro modo vestro ministrare Christo, bene vivendo, eleemosynas faciendo, nomen doctrinamque eius quibus potueritis praedicando; ut unusquisque etiam paterfamilias hoc nomine agnoscat paternum affectum suae familiae se debere. Pro Christo et pro vita aeterna, suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat; impendat benevolentiam, exercent disciplinam: ita in domo sua **ecclesiasticum** et quodammodo episcopale implebit officium, ministrans Christo ut in aeternum sit cum ipso. Nam et illam maximam passionis ministracionem multi ex vestro numero ministrarunt: multi non episcopi neque clerici, iuvenes et virgines, seniores cum iunioribus, multi coniugati et coniugatae, multi patres matresque familias Christo ministrantes, etiam animas suas in eius martyrio posuerunt, et honorificante Patre coronas gloriosissimas receperunt.

efecto, los profetas no pronunciaron sin el Espíritu Santo el futuro, ni tampoco el anciano Simeón ni la viuda Ana reconocieron sin *influjo del Espíritu Santo* al Señor en condición de bebé; tampoco Zacarías e Isabel, quienes gracias al Espíritu Santo predijeron tantas cosas sobre él, aún no nacido, pero ya concebido. Pero *aún no había sido dado el Espíritu*, esto es, la abundancia de gracia espiritual en virtud de la cual los *congregados* hablarían *en las lenguas* de todos y así sería pronunciada la Iglesia que iba a existir en las lenguas de todas las gentes; gracia espiritual que congregaría a los pueblos, mediante la cual serían perdonados a lo largo y a lo ancho los pecados, y millones serían reconciliados *con Dios*⁴¹⁷.

Tratado LVI, 5: Por ende, la Iglesia, que Cristo limpia *con el baño del agua mediante la palabra*, está sin mancha ni arruga no sólo en quienes inmediatamente después del *baño de la regeneración* son retirados del contagio de esta vida y no pisan la tierra de forma que tengan *necesidad de lavarse los pies*, sino también en estos a quienes *el Señor* ha hecho emigrar de este mundo incluso con los pies limpios, por haberles ofrecido esa misericordia. En cambio, aunque en quienes se demoran aquí ella esté limpia porque viven *justamente*, éstos tienen *necesidad de lavarse los pies* porque no están del todo sin pecado. Por eso, en el Cantar de los Cantares dice: “*Me lavé los pies; ¿cómo los mancharé?*”, pues lo dice cuando se la fuerza a venir a Cristo y a pisar la tierra cuando viene.

De nuevo surge otra cuestión. *Cristo ¿acaso no está arriba?*. ¿Acaso no *ha ascendido al cielo* y está sentado *a la diestra* del Padre? ¿Acaso el Apóstol no grita y dice: *Si, pues, resucitasteis con el Mesías, buscad lo que hay arriba, donde el Mesías está sentado a la derecha de Dios; saboread lo que hay arriba, no lo que hay sobre la tierra?* ¿Cómo, pues, *que hay arriba, no lo que hay sobre la tierra?* ¿Cómo, pues, para ir a Cristo se nos compele a pisar la tierra aunque, más bien, hemos de tener *arriba* el corazón, hacia el Señor, para poder estar con él? Veis, hermanos, que la brevedad del tiempo hodierno coarta esa cuestión. Incluso si vosotros lo veis quizá menos, yo veo en todo caso cuánto análisis necesita. Por ende, puesto que el Señor, que me hace deudor, me asistirá para hacerme también pagador, pido que, no defraudada, sino aplazada la expectación, soportéis que aquélla sea dejada en suspenso, más bien que examinada de manera muy descuidada o muy breve⁴¹⁸.

⁴¹⁷ Sed dicit aliquis: Numquid de cordibus Patriarcharum et Prophetarum, veterumque iustorum non eiectus est foras? Eiectus est plane. Quomodo ergo dictum est, *nunc eicietur foras*? Quomodo putamus, nisi quia tunc quod in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis magnisque **populis** iam mox futurum esse praedictum est? Sic et illud quod dictum est: *Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus*, potest similem habere quaestionem, et similem solutionem. Non enim sine Spiritu sancto futura praenuntiaverunt Prophetae; aut non etiam Dominum infantem in Spiritu sancto Simeon senex et Anna vidua cognoverunt; et Zacharias et Elizabeth, qui de illo nondum nato, sed iam concepto, tanta per Spiritum sanctum praedixerunt. Sed *Spiritus nondum erat datus*; id est, illa abundantia gratiae spiritalis, qua congregati linguis omnium loquerentur, ac sic in linguis omnium **gentium** futura praenuntiaretur **Ecclesia**: qua gratia spiritali **populi** congregarentur, qua longe lateque peccata dimitterentur, et millia millium Deo reconciliarentur.

⁴¹⁸ Proinde **Ecclesia** quam mundat Christus lavacro aquae in verbo, non solum in illis est sine macula et ruga, qui post lavacrum regenerationis continuo ex huius vitae contagione tolluntur, nec calcant terram ut opus habeant pedes lavare; verum etiam in iis quibus istam misericordiam praebens Dominus, fecit eos de saeculo isto lotis etiam pedibus emigrare. In his autem qui hic demorantur, etiamsi munda sit, quoniam iuste vivunt; opus tamen habent pedes lavare, quoniam sine peccato utique non sunt. Propter hoc dicit in Cantico canticorum: *Lavi pedes meos; quomodo inquinabo illos?* Dicit enim hoc cum cogitur ad Christum venire, et terram calcare cum venit. Alia quaestio rursus exoritur. Nonne Christus sursum est? nonne ascendit in coelum, et sedet ad dexteram Patris? nonne Apostolus clamat, et dicit: *Si ergo resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens, quae sursum sunt quaerite, non quae super terram?* Quomodo ergo ut ad Christum eamus, terram calcare compellimur; cum

Tratado LVII, 1: No olvidado de mi deuda, reconozco el tiempo de pagarla ya. Deme con qué pagar quien me dio deberla, pues me dio el amor acerca del que está dicho: “*A nadie debáis nada, sino quereos recíprocamente*”. Deme también la palabra que veo que debo a los amados. Como es notorio a todos, para esto había yo diferido vuestra expectación: para explicar, como pudiera, cómo se llega a Cristo también por la tierra, aunque se nos manda, más bien, buscar *lo que está arriba, no lo que está sobre la tierra*. *Arriba*, en efecto, *está Cristo sentado a la diestra* del Padre, pero también está verdaderamente aquí; por eso a Pablo que se ensaña en la tierra dice: *¿Por qué me persigues?*

Pues bien, para que yo me pusiera a investigar esto, se exponía que *el Señor lavó* a los discípulos *los pies*, aunque los discípulos mismos estaban ya lavados y *no* tenían *necesidad de lavarse sino los pies*. Pareció que ahí había de entenderse que el hombre es ciertamente lavado entero por el bautismo; pero que, mientras vive después en este siglo, al pisar la tierra con los afectos humanos cual con los pies, o sea, con el trato mismo de esta vida, contrae algo en virtud de lo cual dice: *Perdónanos nuestras deudas*. Y así, también de eso lo limpia quien *lavó los pies* a sus discípulos y no cesa de interpelar *por nosotros*. A partir de esto se presentaron, venidas del Cantar de los Cantares, las palabras de la Iglesia que, cuando quería ir y abrir al que había venido a ella y había aldabeado y pedido que se le abriera, el *Hermoso de forma más que los hijos de los hombres*, dice: *Me lavé los pies; ¿cómo los mancharé?* De ahí nació la cuestión que no quise coartar por brevedad de tiempo y que, por eso, diferí: de qué modo, mientras se dirige a Cristo, la Iglesia teme mancharse los pies que había lavado el bautismo de Cristo⁴¹⁹.

Tratado LVII, 2: En efecto, asevera así: *Yo duermo y mi corazón vigila; la voz de mi primo hermano materno pulsa a la puerta*. Después dice también ese mismo: *Ábreme, hermana mía, prójima mía, paloma mía; porque mi cabeza está repleta de rocío y de las gotas de la noche mis cabellos*. Y responde ella: *Me desvestí de mi túnica; ¿cómo me la vestiré?* *Me lavé los pies; ¿cómo los mancharé?* ¡Oh admirable sacramento! ¡Oh gran misterio! ¿Teme, pues, manchar los pies, viniendo a quien lavó los pies de sus discípulos? Teme ciertamente, porque por la tierra viene al que está también en la tierra porque no abandona a los suyos, establecidos aquí. ¿Acaso no asevera ese mismo: *He*

potius nobis sursum cor habendum sit ad Dominum, ut cum illo esse possimus? Videtis, fratres, hodierni temporis angustias istam coarctare quaestionem. Quod et si vos forte minus videtis, ego utcumque video quantae disputationis indigeat. Unde peto ut eam potius suspendi, quam vel negligentius vel angustius pertractari, non fraudata, sed dilata exspectatione patiamini. Aderit enim Dominus qui nos debitores facit, ut faciat etiam redditores.

⁴¹⁹ Non immemor mei debiti, iam reddendi tempus agnosco. Donet unde reddam, qui donavit ut debeam. Donavit enim dilectionem, de qua dictum est: *Nemini quidquam debentis, nisi ut invicem diligatis*; donet etiam sermonem, quem video me debere dilectis. Exspectationem vestram ad hoc nempe distuleram, ut explicarem sicut possem, quemadmodum etiam per terram veniatur ad Christum; cum potius iubeamur quae sursum sunt quaerere, non quae super terram. Sursum enim Christus est sedens ad dexteram Patris: sed profecto et hic est; propter quod et Saulo in terra saevienti dicit: *Quid me persequeris?* Ut autem hoc quaerendum suscipere, id tractabatur quod pedes Dominus discipulis lavit, cum iam ipsi discipuli loti essent, nec opus haberent, nisi pedes lavare. Ubi visum est intellegendum quod Baptismo quidem homo totus abluatur; sed dum isto postea vivit in saeculo, humanis affectibus terram velut pedibus calcans, ipsa scilicet conversatione vitae huius, contrahit unde dicat: *Dimitte nobis debita nostra*. Ac sic etiam inde mundatur ab eo qui pedes lavit discipulis suis, nec desinit interpellare pro nobis. Hinc occurrerunt ex Cantico canticorum **Ecclesiae** verba dicentis: *Lavi pedes meos; quomodo inquinabo eos?* cum vellet ire, et aperire ei qui venerat ad eam, et pulsaverat, sibi que aperiri poposcerat, ille *speciosus forma prae filiis hominum*. Hinc quaestio nata est quam coarctare nolimus angustiis temporis, ideoque distulimus, quoniam modo **Ecclesia** timeat inquinare pedes, dum pergat ad Christum, quos baptisate laverat Christi.

aquí que yo estoy con vosotros hasta la consumación del mundo? ¿Acaso no asevera ese mismo: veréis abiertos los cielos y a los ángeles de Dios ascender y descender hacia el Hijo del hombre? Si ascienden hacia él precisamente porque está arriba, ¿cómo descienden hacia él, si no está también aquí? Dice, pues, la Iglesia: Me lavé mis pies; ¿cómo los mancharé? Lo dice en quienes, limpiados de toda hez, pueden decir: Deseo disolverme y estar con Cristo; ahora bien, permanecer en la carne es más necesario por vosotros. Lo dice en quienes predicán a Cristo y para él abren la puerta a fin de que mediante la fe habite en los corazones de los hombres. Lo dice en éstos, cuando deliberan sobre si asumir tal ministerio, para el que se estiman menos idóneos de cumplirlo sin culpa, no sea que quizá, tras predicar a otros, ellos mismos se hagan réprobos. En efecto, la verdad se escucha con más seguridad que se predica, porque cuando se escucha, se custodia la humildad cuando, en cambio, se precia, con dificultad deja de introducirse subrepticamente en cualquier hombre la jactancia, por pequeña que sea, con la que, evidentemente, se manchan los pies⁴²⁰.

Tratado LVII, 3: Como, pues, dice el apóstol Santiago: *Todo hombre sea veloz para oír, tardo, en cambio, para hablar.* Dice también otro hombre de Dios: “*A mi oído darás gozo y alegría y exultarán los huesos humillados*”; esto significa lo que he dicho cuando se escucha la verdad, se custodia la humildad. Dice también otro: “*En cambio, el amigo del novio está en pie y lo oye y con gozo goza por la voz del novio*”: Disfrutemos de la audición mientras sin estrépito nos hable dentro de la Verdad. Pero, cuando por fuera resuena mediante quien la lee, mediante quien la comunica, mediante quien la predica, mediante quien la expone con detalle, mediante quien preceptúa, mediante quien consuela, mediante quien exhorta, incluso mediante el cantor y salmista mismos, esos mismos que realizan estas cosas teman manchar sus pies cuando pretenden agradar a los hombres, al introducirse subrepticamente el amor a la loa humana. Por otra parte, quien los oye con agrado y piadosamente, no tiene ocasión de jactarse de labores ajenas y, con huesos no inflados, sino humillados, con gozo goza por la voz de la verdad del Señor. Por ende, en quienes saben oír con agrado y humildemente y llevan una vida tranquila entre estudios dulces y saludables, deléitese la santa Iglesia y diga: *Yo duermo, mas mi corazón vigila.* ¿Qué significa “*Yo duermo, mas mi corazón vigila*”, sino que descanso de forma que oigo? Mi ocio se emplea no en nutrir la desidia, sino en comprender la sabiduría. *Yo duermo, mas mi corazón vigila:* tengo tiempo y, porque *la sabiduría de un escriba está en su tiempo de ocio, y quien se reduce en cuanto a la actividad, ese mismo la comprenderá,* veo que tú eres el Señor.

⁴²⁰ Sic enim ait: *Ego dormio, et cor meum vigilat; vox fratruelis mei pulsat ad ianuam* Deinde dicit etiam ipse: *Aperi mihi, soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea; quia caput meum repletum est rore, et crines mei noctis guttis.* Et respondet illa: *Exui me tunica mea; quomodo induam eam? Lavi pedes meos; quomodo inquinabo illos?* O admirabile sacramentum! o grande mysterium! Ergone timet inquinare pedes, veniendo ad eum qui lavit suorum discipulorum pedes? Timet certe, quia per terram venit ad eum, qui etiam in terra est, quia suos hic constitutos non deserit. An non ipse ait: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi?* An non ipse ait: *Videbitis coelos apertos, et Angelos Dei ascendentes et descendentes ad Filium hominis?* Si ascendunt ad eum propterea quia sursum est, quomodo ad eum descendunt, si non etiam hic est? Dicit ergo **Ecclesia:** *Lavi pedes meos; quomodo inquinabo eos?* In eis hoc dicit qui possunt omni faece mundati dicere: *Cupio dissolvi et esse cum Christo, permanere autem in carne magis necessarium propter vos?* In eis hoc dicit qui praedicant Christum et aperiunt illi ostium, ut habitet per fidem in cordibus hominum. In his hoc dicit, cum deliberant utrum ministerium tale suscipiant, cui se minus idoneos existimant, ut sine culpa impleant, ne forte alii praedicantes, ipsi reprobi fiant. Tutius enim veritas auditur quam praedicatur: quoniam eum auditur, humilitas custoditur; cum autem praedicatur, vix non subrepat cuivis hominum quantulumcumque iactantia, in qua utique inquinantur pedes.

*Yo duermo, mas mi corazón vigila: yo descanso de actividades que dan quehacer, mas mi ánimo se tensa con afectos divinos*⁴²¹.

Tratado LVII, 4: Pero, mientras la Iglesia se recrea sosegadamente mediante quienes de ese modo descansan suave y humildemente, he ahí que aldabea el que asevera: *Decid a la luz lo que os digo en las tinieblas, y predicad sobre los tejados lo que oís al oído.* Aldabea, pues, a la puerta su voz y dice: *“Ábreme, hermana mía, prójima mía, paloma mía, perfecta mía; porque mi cabeza está repleta de rocío y de las gotas de la noche mis cabellos”,* como si dijera: *“Tú tienes tiempo, mas contra mí está cerrada la puerta; tú te afanas en el sosiego de pocos, mas al abundar la iniquidad se enfría la caridad de muchos”.* En efecto, la noche es la iniquidad; por otra parte, su rocío y gotas son quienes se enfrían, caen y hacen que se enfríe el cuerpo de Cristo, esto es, que no se ame a Dios, pues *cabeza de Cristo es Dios.* Pero son transportados en los cabellos, esto es, se los tolera en los sacramentos visibles; de ningún modo alcanzan el interior de su sentido. Aldabea, pues, para sacudirles el descanso a los santos exentos de responsabilidades públicas, y grita: *Ábreme, hermana mía por mi sangre, prójima mía por mi palabra que bastante plenamente has aprendido en virtud del sosiego; ábreme, predica tú mi persona.* En efecto, si nadie abre, ¿cómo entraré a quienes me han dado con la puerta en las narices, *pues cómo oirán sin uno que predique?*⁴²²

Tratado LVII, 5: Por eso sucede que también quienes aman el ocio de los estudios buenos y, porque se sienten menos idóneos para servir estas cosas, las acciones fatigosas, y gestionarlas *sin reprehensión*, no quieren padecer las molestias de ellas, preferirían, si pudiese suceder, que los santos apóstoles y antiguos predicadores de la verdad fuesen despertados contra la abundancia de iniquidad, abundancia a causa de la cual ha languidecido el hervor de la caridad. Pero en quienes salieron ya del cuerpo y han sido despojados del vestido de la carne –por cierto, no se han separado de ella-, la

⁴²¹ Ergo, ut apostolus Iacobus dicit: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Dicit et alius homo Dei: *Auditui meo dabis gaudium et laetitiam, et exultabunt ossa humiliata.* Hoc est quod dixi: Cum veritas auditur, humilitas custoditur. Dicit et alius: *Amicus autem sponsi stat et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Fruamur auditu, sine strepitu nobis loquente intrinsecus veritate. Quamquam etiam cum forinsecus insonat per legentem, per annuntiantem, per praedicantem, per disputantem, per praecipientem, per consolantem, per exhortantem, per ipsum etiam cantantem atque psallentem; ipsi qui haec agunt, inquinare pedes suos timeant, cum placere hominibus subrepente amore humanae laudis affectant. Caeterum qui eos audit libenter et pie, non habet locum iactandi se in laboribus alienis; et non inflatis ossibus, sed humiliatis gaudio gaudet propter vocem dominicae veritatis. Proinde in eis qui libenter et humiliter audire noverunt, et vitam quietam in studiis dulcibus et salubribus agunt, sancta delicietur **Ecclesia**, et dicat: *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Quid est: *Ego dormio, et cor meum vigilat;* nisi, ita quiesco ut audiam? Otium meum non impenditur nutriendae desidiae, sed percipiendae sapientiae. *Ego dormio, et cor meum vigilat:* vaco, et video quoniam tu es Dominus: quia *sapientia scribae in tempore otii; et qui minoratur actu, ipse percipiet eam.* *Ego dormio, et cor meum vigilat:* ego requiesco a negotiosis actibus, et animus meus divinis se intendit affectibus.

⁴²² Sed in iis qui isto modo suaviter et humiliter requiescunt, dum otiose oblectatur **Ecclesia**, ecce pulsatur ille qui ait: *Quae dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, praedicate super tecta.* Vox ergo eius pulsatur ad ianuam, et dicit: *Aperi mihi, soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea; quia caput meum repletum est rore, et crines mei noctis guttis.* Velut si diceret: Tu vacas, et contra me ostium clausum est: tu studes otio paucorum, et abundante iniquitate refrigescit caritas multorum. Nox quippe, iniquitas est: ros vero eius et guttae, hi sunt qui refrigescunt et cadunt, et faciunt refrigescere caput Christi, hoc est, ut non ametur Deus. Caput enim Christi Deus. Sed portantur in crinibus, id est, in sacramentis visibilibus tolerantur: nequaquam interiora sensus attingunt. Pulsatur ergo ut excutiat quietem sanctis otiosis, et clamatur: *Aperi mihi, de sanguine meo soror mea, de accessu meo proxima mea, de spiritu meo columba mea, de sermone meo quem plenius ex otio didicisti perfecta mea; aperi mihi, praedica me.* Ad eos quippe qui clausurunt contra me, quomodo intrabo sine aperiente? *quomodo enim audient sine praedicante?*

Iglesia responde: *Me desvestí de mi túnica; ¿cómo me la vestiré?*. Ciertamente será recibida esa túnica y, en quienes ya fueron desvestidos, la Iglesia será de nuevo vestida de carne; sin embargo, no ahora, cuando ha de hacerse hirvientes a los fríos, sino entonces, cuando van a resucitar los muertos. La Iglesia, pues, al padecer dificultad por escasez de predicadores y recordar a esos miembros suyos sanos en cuanto a los sermones, santos de costumbres, pero desvestidos ya de los cuerpos, gime y dice: *Me desvestí de mi túnica; ¿cómo me la vestiré?* Esos miembros míos que, evangelizando excelentísimamente, pudieron abrir para Cristo, ¿cómo pueden ahora regresar a los cuerpos de que están desvestidos?⁴²³

Tratado LX, 5: Los cristianos a quienes de ningún modo turba la muerte inminente, si hay algunos, son ciertamente firmísimos; pero ¿acaso más firmes que Cristo? ¿Qué loco de remate dirá esto? ¿Qué significa, pues, de aquél *se turbó*, sino que a los débiles de su cuerpo, esto es, de su Iglesia, los ha consolado con la voluntaria semejanza de su debilidad, para que, si la muerte inminente turba aún *en el espíritu* a algunos de los suyos, lo miren a él, no sea que al considerarse réprobos por esto mismo, los engulla la peor muerte, la de la desesperación?. Así pues, ¡cuánto bien debemos aguardar y esperar de la participación en la divinidad de ese cuya perturbación nos tranquiliza y cuya debilidad nos fortalece!. Sea, pues, que en ese lugar *se turbó* compadeciendo a Judas mismo que perecía, sea que *se turbó* al acercarse la muerte, de ningún modo empero ha de dudarse que se turbó no por debilidad de ánimo, sino por potestad; así la desesperación de la salvación no surgirá para nosotros cuando nos turbamos no por potestad, sino por debilidad. Él llevaba, en efecto, la debilidad de la carne, debilidad que la resurrección ha consumido. Pero, quien era no sólo hombre, sino también Dios, con inefable distancia superaba en fortaleza de ánimo a todo el género humano. No lo turbó, pues, alguien que lo forzaba, sino que se turbó a sí mismo, lo cual está expresado evidentemente acerca de él cuando *resucitó a Lázaro*. De hecho, que se había *turbado a sí mismo*, está allí escrito para que esto se entienda también donde no se lee escrito y empero se lee que se había turbado. En efecto, quien al hombre entero asumió por potestad, por potestad conmovió en su propia persona el sentimiento humano, cuando juzgó que convenía⁴²⁴.

⁴²³ Hinc fit ut etiam hi qui amant otium studiorum bonorum, et nolunt perpeti laboriosarum molestias actionum, eo quod minus idoneos ad haec ministranda, et sine reprehensione agenda se sentiunt; mallent, si fieri posset, sanctos apostolos et praedicatores veritatis antiquos excitari adversus abundantiam iniquitatis, qua fervor frigit caritatis. Sed in eis qui iam de corpore exierunt, et carnis indumento exspoliati sunt (neque enim ab ea separati sunt), respondet **Ecclesia**: *Exui me tunica mea; quomodo induam eam?* Recipietur quidem illa tunica, et in eis qui iam exuti sunt, rursus vestietur carne **Ecclesia**: non tamen nunc quando fervefaciendi sunt frigidi, sed tunc quando resurrecturi sunt mortui. Passa ergo difficultatem propter inopiam praedicatorum, et recolens illa sua membra sana sermonibus, sancta moribus, sed iam exuta corporibus, ingemit et dicit **Ecclesia**: *Exui me tunica mea; quomodo induam eam?* Membra illa mea quae Christo aperire evangelizando excellentissime potuerunt, quomodo ad corpora quibus exuta sunt, redire nunc possunt?

⁴²⁴ Firmissimi quidem sunt christiani, si qui sunt, qui nequaquam morte imminente turbantur: sed numquid Christo firmiores? Quis hoc insanissimus dixerit? Quid est ergo quod ille turbatus est, nisi quia infirmos in suo corpore, hoc est in sua **Ecclesia**, suae infirmitatis voluntaria similitudine consolatus est: ut si qui suorum adhuc morte imminente turbantur in spiritu, ipsum intueantur, ne hoc ipso se putantes reprobos, peiore desperationis morte sorbeantur? Quantum itaque bonum de participatione divinitatis eius exspectare et sperare debemus, cuius nos et perturbatio tranquillat, et infirmitas firmat? Sive ergo isto loco ipsum Iudam pereuntem miserando turbatus est, sive sua morte propinquante turbatus est: non est tamen ullo modo dubitandum, non eum animi infirmitate, sed potestate turbatum; ne nobis desperatio salutis oriatur, quando non potestate, sed infirmitate turbamur. Carnis quippe ille gerebat infirmitatem, quae infirmitas resurrectione consumpta est. Sed qui non solum homo, verum etiam Deus erat, ineffabili distantia universum genus humanum animi fortitudine superabat. Non ergo aliquo est cogente turbatus,

Tratado LXI, 1: Hermanos, por esta lectura se me ha propuesta exponer esta sección del evangelio, de forma que debo ya decir también algo sobre el traidor del Señor, bastante evidentemente designado mediante el pan empapado y a él ofrecido. En efecto, en el sermón pasado diserté de que *Jesús se turbó en el espíritu* cuando iba ya a señalarlo; pero, cosa que allí no dije, el Señor se dignó tal vez indicarnos mediante su perturbación también esto, a saber, que es necesario tolerar entre los granos *a los hermanos falsos* y a la cizaña del campo del Señor, de forma que, cuando alguna causa urgente fuerza a que alguna cizaña sea separada de ellos aun antes de la siega, no puede hacerse sin perturbación de la Iglesia. El Señor, al predecir en cierto modo esta perturbación de sus santos que acontecerá por culpa de cismáticos y herejes, la prefiguró en sí mismo cuando, al ir a salir Judas, hombre malo, y al ir a abandonar con separación clarísima la mezcla del grano en la que había sido tolerado largo tiempo, *se turbó* no en la carne, sino *en el espíritu*. En efecto, sus *espirituales* son turbados entre escándalos de esta laya no por la perversidad, sino por la caridad: no sea que mediante la separación de alguna cizaña también se erradique simultáneamente algo de trigo⁴²⁵.

Tratado LXI, 5: Por otra parte, ¿qué significa “*Al que quería Jesús*”, cual si no quisiera a los otros, de quienes el mismo Juan en persona asevera más arriba: “*Los quiso hasta el final*”, y el Señor en persona: *Nadie tiene mayor caridad que ésta, que alguien deponga por sus amigos su vida?* Y ¿Quién enumerará todos los testimonios de las divinas páginas, por los que se muestra que *el Señor Jesús* es amador no sólo de aquél ni sólo de sus miembros que había entonces, sino también de sus futuros miembros y de su Iglesia entera? Pero verdaderamente se oculta aquí algo y tiene que ver con el seno en que se recostaba quien decía eso. En efecto, mediante el seno, ¿qué otra cosa que un secreto se significa?. Pero hay otro lugar, más oportuno, donde el Señor nos dará decir de este secreto algo, cuando baste⁴²⁶.

Tratado LXII, 4: Sin embargo, aún faltaba a Judas, poseído no por el Señor, sino por el diablo, ya que hombre ingrato, el pan le había entrado al vientre, a la mente el enemigo; aún, repito, le faltaba el efecto pleno de ese mal tan grande concebido ya por el corazón,

sed turbavit semetipsum; quod de illo evidenter expressum est, quando Lazarum suscitavit: nam ibi scriptum est quod turbaverit semetipsum, ut hoc intellegatur et ubi non scriptum legitur, et tamen eum legitur fuisse turbatum. Affectum quippe humanum, quando oportuisse iudicavit, in seipso potestate commovit, qui hominem totum potestate suscepit.

⁴²⁵ Hoc Evangelii capitulum, fratres, ita nobis exponendum hac lectione propositum est, ut iam etiam de traditore Domini per panem tinctum eique porrectum satis evidenter expresso aliquid dicere debeamus. Et de illo quidem, quod eum iam demonstraturus Iesus turbatus est spiritu, praeterito sermone disserui: sed fortassis quod ibi non dixi, etiam hoc nobis Dominus significare sua perturbatione dignatus est, quod scilicet falsos fratres, et dominici agri illa zizania ita necesse est usque ad messis tempus inter frumenta tolerari, ut quando ex eis aliqua separari etiam ante messem urgens causa compellit, fieri sine **Ecclesiae** perturbatione non possit. Hanc perturbationem sanctorum suorum per schismaticos et haereticos futuram, quodammodo praenuntians Dominus, praefiguravit in seipso, cum exituro Iuda homine malo, et commixtionem frumenti, in qua diu fuerat toleratus, separatione apertissima relicturo, turbatus est non carne, sed spiritu. Spirituales enim eius in huiusmodi scandalis non perversitate, sed caritate turbantur; ne forte in separatione aliquorum zizaniorum, simul aliquod eradicetur et triticum.

⁴²⁶ Quid est autem, *quem diligebat Iesus?* Quasi alios non diligeret, de quibus idem ipse Ioannes superius ait: *In finem dilexit eos*. Et ipse Dominus: *Maiorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis*. Et quis enumeret omnia divinarum testimonia paginarum, quibus Dominus Iesus, non illius neque eorum quae tunc erant tantum, sed etiam post futurorum membrorum suorum, et totius **Ecclesiae** suae dilector ostenditur? Sed profecto latet hic aliquid, et pertinet ad sinum in quo recumbebat qui ista dicebat. Per sinum quippe quid significatur aliud quam secretum? Sed alius est opportunior locus, ubi nobis Dominus aliquid donet de hoc secreto, quantum sufficiat, dicere.

cuyo condenable afecto había ya ido por delante. Así pues, como el Señor, el *Pan vivo*, hubiese entregado el pan a un muerto y, entregando el pan a un muerto, y entregando el pan hubiese dejado en evidencia al traidor del Pan, afirma: *Lo que haces, hazlo muy pronto*. No preceptuó un crimen, sino que predijo a Judas un mal, a nosotros un bien. En efecto, ¿qué peor para Judas y qué mejor para nosotros, que Cristo *entregado* por él contra él, *en favor nuestro*, excepto él? *Lo que haces, hazlo muy pronto*. ¡Oh palabra de uno preparado con mejor gana que airado! ¡Oh palabra que no tanto expresa el castigo del traidor cuanto significa la paga del Redentor! Dijo, en efecto: “*Lo que haces, hazlo muy pronto*”, no tanto enseñándose *en la destrucción* del pérfido cuanto apresurándose a la salvación de los fieles, porque *fue entregado a causa de nuestros delitos y amó a la Iglesia y se entregó a sí mismo por ella*. Por ende dice también de sí mismo el Apóstol: *El cual me amó y se entregó a sí mismo por mí*. Si, pues, Cristo no se entregase, nadie entregaría a Cristo. Judas, ¿qué tiene sino pecado? En efecto, al entregar a Cristo no pensó en nuestra salvación a causa de la cual *fue entregado* Cristo, sino que pensó en el lucro del dinero y halló el detrimento del alma. Recibió la paga que quiso, pero sin quererla se le dio la que mereció. Judas entregó a Cristo, Cristo *se entregó a sí mismo*; aquél gestionaba el negocio de su venta, éste el de nuestra compra. *Lo que haces, hazlo muy pronto*, no porque tú puedes, sino porque lo quiere quien todo puede⁴²⁷.

Tratado LXII, 5: *Ahora bien, nadie de los recostados supo respecto a qué le dijo esto. En efecto, porque Judas tenía los cofrecillos, algunos suponían que Jesús le dice: “Compra esto que precisamos para el día festivo” o que diera algo a los pobres. También, pues, el Señor tenía cofrecillos y, tras conservar lo ofrecido por los fieles, lo distribuía a las necesidades de los suyos y a otros indigentes. La forma del dinero eclesiástico fue instituida primero entonces, a propósito de lo cual entendemos que lo que preceptuó –no hay que pensar acerca del mañana– no se preceptuó para que los santos no conserven nada de dinero, sino para que no se sirva a Dios por esas cosas ni por temor a la penuria se abandone la justicia. De hecho, al prever para el futuro, también el Apóstol asevera: Si algún fiel tiene viudas, distribúyales suficientemente, para que no se grave a la Iglesia, a fin de que pueda bastar para las viudas auténticas*⁴²⁸.

⁴²⁷ Adhuc tamen Iudae possesso, non a Domino, sed a diabolo, cum homini ingrato intrasset panis in ventrem, hostis in mentem: adhuc, inquam, tanti mali iam corde concepti plenus restabat effectus, cuius iam praecesserat damnandus affectus. Itaque cum Dominus panis vivus panem mortuo tradidisset, et panem tradendo panis traditorem ostendisset: *Quod facis*, inquit, *fac citius*. Non praecepit facinus; sed praedixit Iudae malum, nobis bonum. Quid enim Iudae peius, et quid nobis melius quam traditus Christus, ab illo adversus illum, pro nobis praeter illum? *Quod facis*, *fac citius*. O verbum libentius parati, quam irati! o verbum non tam poenam exprimens proditoris, quam mercedem significans Redemptoris! Dixit enim: *Quod facis*, *fac citius*, non tam in perniciem perfidi saeviendo, quam ad salutem fidelium festinando; quia *traditus est propter delicta nostra*, et dilexit **Ecclesiam**, et semetipsum tradidit pro ea. Unde et de seipso dicit Apostolus: *Qui dilexit me, et tradidit seipsum pro me*. Nisi ergo se traderet Christus, nemo traderet Christum. Quid habet Iudas, nisi peccatum? Neque enim in tradendo Christo salutem nostram cogitavit, propter quam traditus est Christus, sed cogitavit pecuniae lucrum, et invenit animae detrimentum. Accepit mercedem quam voluit, sed nolenti est data quam meruit. Tradidit Iudas Christum, tradidit Christus seipsum: ille agebat negotium suae venditionis, iste nostrae redemptionis. *Quod facis*, *fac citius*, non quia tu potes, sed quia hoc vult qui totum potest.

⁴²⁸ Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quia dicit ei Iesus: *Eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum; aut egenis ut aliquid daret*. Habebat ergo et Dominus loculos, et a fidelibus oblata conservans, et suorum necessitatibus et aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum **ecclesiasticae** pecuniae forma est instituta, ubi intellegeremus quod praecepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse praeceptum, ut nihil pecuniae servetur a sanctis; sed ne Deo pro ista serviat, et propter inopiae timorem iustitia deseratur. Nam et Apostolus in

Tratado LXVI, 2: Por otra parte, ¿mediante qué *es cabeza de la Iglesia*, sino mediante el hombre, porque *la Palabra se hizo hombre*? Por eso, ¿cómo está en el cuerpo de Cristo *quien niega al hombre Cristo*?. En efecto, quien niega a la cabeza ¿cómo es miembro?.

Pero ¿por qué insistir yo en muchas cosas, cuando el Señor mismo ha suprimido todos los ambages de la argumentación humana? En efecto, no asevera: “no cantará el gallo hasta que niegues al hombre” ni, como con dignación muy familiar solía hablar con los hombres, “No cantará el gallo hasta que niegues tres veces al Hijo del hombre”, sino que asevera: *Hasta que me niegues tres veces*. Qué significa “*me*” sino lo que él era?⁴²⁹

Tratado LXXX, 1: Ese lugar evangélico, hermanos, donde el Señor dice que él es la vid y sus discípulos *los sarmientos*, habla en cuanto que el *Mediador de Dios y hombres, Cristo Jesús hombre, es cabeza de la Iglesia* y nosotros *sus miembros*. En efecto, de única naturaleza son la *vid* y *los sarmientos*; por lo cual, porque era Dios, de cuya naturaleza no somos, se hizo hombre para que la naturaleza humana fuese en él *la vid* cuyos *sarmientos* pudiéramos ser nosotros, los hombres. ¿Qué significa, pues, *Yo soy la vid verdadera*?. Para añadir *verdadera*, ¿acaso ha relacionado esto con la vid de donde se ha tomado en sentido metafórico esa analogía?. En efecto, por analogía, no en sentido propio, se le llama *la Vid* así como se le llama *Oveja, Cordero, León, Roca*, piedra angular y demás cosas por el estilo que, más bien, son verdaderas esas mismas, de las cuales se toman estas analogías, no los sentidos propios. Pero, evidentemente, cuando dice: “*Yo soy la vid verdadera*”, se distingue de aquella a la que se dice: *¿Cómo te has vuelto amargura, vid ajena!*. En realidad, ¿cómo es verdadera la vid de la que se aguardaba *que produjese uva y, en cambio, produjo espinas*⁴³⁰.

Tratado LXXX, 3: *Vosotros estáis ya limpios a causa de la palabra que os he dicho*. ¿Por qué no asevera “estáis limpios a causa del bautismo que os ha lavado”, mas asevera “*a causa de la palabra que os he dicho*”, sino porque aun en el agua limpia la palabra? Quita la palabra, y ¿qué es el agua sino agua? Se suma la palabra al elemento y resulta el sacramento, también ese mismo, digamos, palabra visible.

Evidentemente, también en cuanto a esto había dicho cuando lavó los pies a los discípulos: *Quien se ha bañado no necesita lavarse sino los pies; antes bien, entero está limpio*. Esa eficacia del agua, tan grande que ésta toca el cuerpo, mas lava el corazón, ¿a

posterum providens, ait: *Si quis fidelis habet viduas, sufficienter tribuat eis, ut non gravetur Ecclesia, quo veris viduis sufficere possit.*

⁴²⁹ Per quid autem caput est **Ecclesiae**, nisi per hominem, quod Verbum caro factum est? id est, Dei Patris Unigenitus Deus homo factus est. Quomodo est igitur in corpore Christi, qui negat hominem Christum? Qui enim caput negat, quomodo est membrum? Sed quid multis immorer, cum ipse Dominus abstulerit omnes humanae argumentationis ambages? Non enim ait: Non cantabit gallus donec hominem neges; aut, sicut loqui familiariore cum hominibus dignatione consuevit: Non cantabit gallus donec Filium hominis ter neges: sed ait, *donec me ter neges*. Quid est, *me*, nisi quod erat?

⁴³⁰ Iste locus evangelicus, fratres, ubi se dicit Dominus vitem, et discipulos suos palmites, secundum hoc dicit quod est caput **Ecclesiae**, nosque membra eius, mediator Dei et hominum homo Christus Iesus. Unius quippe naturae sunt vitis et palmites: propter quod cum esset Deus, cuius naturae non sumus, factus est homo, ut in illo esset vitis humana natura, cuius et nos homines palmites esse possemus. Quid ergo est: *Ego sum vitis vera*? Numquid ut adderet *vera*, hoc ad eam vitem retulit, unde ista similitudo translata est? Sic enim dicitur vitis, per similitudinem, non per proprietatem; quemadmodum dicitur ovis, agnus, leo, petra, lapis angularis, et caetera huiusmodi, quae magis ipsa sunt vera, ex quibus ducuntur istae similitudines, non proprietates. Sed cum dicit: *Ego sum vitis vera*, ab illa se utique discernit cui dicitur: *Quomodo conversa es in amaritudinem, vitis aliena*? Nam quo pacto est vitis vera, quae exspectata est ut faceret uvam, fecit autem spinas?

qué se debe sino a la palabra, la cual, porque, aun en esta palabra misma, una cosa es el sonido transitorio, otra la eficacia permanente, actúa no porque se pronuncia, sino porque es creída? *Ésta es la palabra de la fe que predicamos*, asevera el Apóstol; *porque, si con tu boca hubieras confesado que Jesús es el Señor, y con tu corazón creyeres que Dios lo resucitó de entre los muertos, serás salvo. Con el corazón, en efecto, se cree para justicia; con la boca, por otra parte, se hace la confesión para salvación.* Por ende se lee en Hechos de los Apóstoles: “*Al purificar con la fe sus corazones*”, y el bienaventurado Pedro afirma en una carta suya: *Así también, a vosotros os hace salvos el bautismo: no demolición de suciedades de la carne, sino interrogación de una conciencia buena. Ésta es la palabra de la fe que predicamos*, por la cual, sin duda, es consagrado el bautismo para que pueda limpiar. Cristo, en efecto, *la Vid con nosotros, el Labrador con el Padre, amó a la Iglesias y se entregó a sí mismo por ella.* Lee al Apóstol y mira qué añade: *Para santificarla*, afirma, *limpiándola mediante el baño del agua con la palabra.* Por tanto, la limpieza no se atribuiría de ningún modo al perecedero y lábil elemento, si no se añadiese: *Con la palabra.* En la Iglesia de Dios, *esta palabra de la fe* es tan vigorosa que, mediante ese mismo que cree, ofrece, bendice y sumerge, limpia incluso a un bebé, por pequeñín que sea, aunque aún no es capaz de creer *con el corazón para justicia* ni de confesar *con la boca para salvación.* Todo esto se hace mediante la palabra acerca de la que asevera el Señor: *Vosotros estáis ya limpios a causa de la palabra que os he dicho*⁴³¹.

Tratado LXXXVII, 2: Pues bien, en favor de esta dilección debemos soportar pacientemente aun los odios del mundo –de hecho, es necesario que nos odie a quienes percibe que no queremos lo que ama-; pero muchísimo nos consuela con su persona el Señor, el cual, tras haber dicho: “*Os mando esto, que os queráis mutuamente*”, ha añadido y aseverado: *Si el mundo os odia, sabed que antes que a vosotros me ha odiado a mí.* ¿Por qué, pues, un miembro se eleva sobre la coronilla? Recusas estar en el cuerpo si no quieres soportar con la Cabeza el odio del mundo. *Si fueseis del mundo*, afirma, *el mundo amaría lo que era suyo.* Evidentemente, dice esto a la Iglesia entera, a esta misma a la que casi siempre nomina con el nombre de mundo, como es aquello: *En Cristo estaba Dios reconciliando consigo el mundo*, y asimismo aquello: *El Hijo del hombre vino no a juzgar al mundo, sino para que por medio de ese mismo sea salvo.* Y Juan asevera en una carta suya: *Como abogado ante el Padre tenemos a Jesucristo,*

⁴³¹ *Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis. Quare non ait, mundi estis propter Baptismum quo loti estis, sed ait, propter verbum quod locutus sum vobis; nisi quia et in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit Sacramentum, etiam ipsum tamquam visibile verbum. Nam et hoc utique dixerat, quando pedes discipulis lavit: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo: non quia dicitur, sed quia creditur? Nam et in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbum fidei quod praedicamus, ait Apostolus, quia si confessus fueris in ore tuo quia Dominus est Iesus, et credideris in corde tuo quia Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Unde in Actibus Apostolorum legitur: Fide mundans corda eorum: et in Epistola sua beatus Petrus: Sic et vos, inquit: Baptisma salvos facit; non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio. Hoc est verbum fidei quod praedicamus: quo sine dubio ut mundare possit, consecratur et Baptismus. Christus quippe nobiscum vitis, cum Patre agricola, dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, et vide quid adiungat: Ut eam sanctificaret, inquit, mundans eam lavacro aquae in verbo. Mundatio igitur nequaquam fluxu et labili tribueretur elemento, nisi adderetur, in verbo. Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei, ut per ipsum credentem, offerentem, bene dicentem, tingentem, etiam tantillum mundet infantem; quamvis nondum valentem corde credere ad iustitiam, et ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum, de quo Dominus ait: Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis.*

*justo, y él en persona es propiciador de nuestros pecados; no sólo de los nuestros, sino también de los del mundo entero. El mundo entero es, pues, la Iglesia y el mundo entero odia a la Iglesia. Por tanto, el mundo odia al mundo: el mundo enemigo al reconciliado, el condenado al salvado, el ensuciado al limpiado*⁴³².

Tratado LXXXIX, 2: Pero lo que ha añadido y aseverado: *Ahora, en cambio, no tienen excusa de su pecado, pueden incitar a preguntar si estos a los que Cristo no ha venido ni les ha hablado tiene excusa de su pecado. En efecto, si no la tienen, ¿por qué está aquí dicho que éstos no la tienen precisamente porque ha venido y les ha hablado? Si, en cambio, la tienen, ¿la tienen para esto: para ser alejados de las penas, o para ser castigados muy suavemente? A estas cuestiones respondo según mi alcance, por donación del Señor, que esos a quienes no ha venido y a quienes no ha hablado tienen excusa no de todo pecado suyo, sino de este pecado: no haber creído en Cristo. Pero en ese número no están estos a los que ha venido en los discípulos y a quienes mediante los discípulos ha hablado, cosa que también ahora hace porque mediante su Iglesia viene a las gentes y mediante la Iglesia habla a las gentes, pues a esto se refiere lo que asevera: Quien os recibe me recibe, y quien os desprecia me desprecia. ¿O queréis, pregunta el apóstol Pablo, recibir una prueba de este que en mí habla, Cristo?*⁴³³

Tratado LXXXIX, 3: Queda por investigar si estos a quienes ha pillado o pilla el fin de esta vida antes que en la Iglesia viniera a las gentes Cristo y antes que oyeran su Evangelio, pueden tener esta excusa. Pueden, lisa y llanamente; pero no por eso pueden evitar la condena, *pues quienes sin la Ley pecaron, también sin la Ley perecerán, y quienes en la Ley pecaron, mediante la Ley serán juzgados.* Estas palabras del Apóstol, porque esto que asevera, *perecerán*, suena más terrible que lo que asevera, *serán juzgados*, ciertamente no sólo parecen mostrar que nada ayudan a esta excusa, sino que también abruman más, ya que, quienes se excusarán porque no oyeron, *sin la Ley perecerán*⁴³⁴.

⁴³² Pro hac autem dilectione patienter debemus etiam mundi odia sustinere. Necesse est enim ut nos oderit, quos cernit nolle quod diligit. Sed plurimum nos de seipso Dominus consolatur, qui cum dixisset: *Haec mando vobis, ut diligatis invicem*; adiecit, atque ait: *Si mundus vos odit, scitote quoniam me priorem vobis odio habuit.* Cur ergo se membrum supra verticem extollit? Recusas esse in corpore, si non vis odium mundi sustinere cum capite. *Si de mundo*, inquit, *essetis, mundus quod suum erat diligeret.* Universae utique hoc dicit **Ecclesiae**, quam plerumque etiam ipsam mundi nomine appellat: sicut est illud: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Itemque illud. *Non venit Filius hominis ut iudicaret mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.* Et in Epistola sua Ioannes ait: *Advocatum habemus ad Patrem, Iesum Christum iustum, et ipse propitiator est peccatorum nostrorum; non tantum nostrorum, sed etiam totius mundi.* Totus ergo mundus **Ecclesia** est, et totus mundus odit **Ecclesiam**. Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus salvatum, inquinatus mundatum.

⁴³³ Sed quod adiunxit, atque ait: *Nunc autem excusationem non habent de peccato suo*, potest movere quaerentes, utrum hi ad quos non venit Christus, nec locutus est eis, habeant excusationem de peccato suo. Si enim non habent, cur hic dictum est propterea istos non habere, quia venit et locutus est eis? Si autem habent, utrum ad hoc habeant ut a poenis alienentur, an ut mitius puniantur? Ad haec inquisita pro meo captu, Domino donante, respondeo, habere illos excusationem, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato quo in Christum non crediderunt, ad quos non venit, et quibus non est locutus. Sed non in eo sunt numero hi ad quos in discipulis venit, et quibus per discipulos est locutus, quod et nunc facit: nam per **Ecclesiam** suam venit ad **Gentes**, et per **Ecclesiam** loquitur **Gentibus**. Ad hoc enim pertinet quod ait: *Qui vos recipit, me recipit: et: Qui vos spernit, me spernit. An vultis*, inquit apostolus Paulus, *experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus?*

⁴³⁴ Restat inquirere utrum hi qui priusquam Christus in **Ecclesia** veniret ad **Gentes**, et priusquam Evangelium eius audirent, vitae huius fine praeventi sunt, seu praeveniuntur, possint habere hanc excusationem? Possunt plane, sed non ideo possunt effugere damnationem. *Quicumque enim sine Lege peccaverunt, sine Lege et peribunt: et quicumque in Lege peccaverunt, per Legem iudicabuntur.* Quae quidem Apostoli verba, quoniam id quod ait, *peribunt*, terribilius sonat quam quod ait, *iudicabuntur*; non

Tratado XCIII, 2: Después, al expresar ya qué iban a padecer, asevera: *Os harán excluidos de las sinagogas*. Ahora bien, para los apóstoles ¿qué mal había en ser expulsados de las sinagogas judaicas, cual si no hubieran de separarse de allí aunque nadie los expulsase? Pero ciertamente quiso comunicar esto: que los judíos no habían de recibir a Cristo, de quien éstos no habían de retirarse, y que, por esto, iba a suceder que con él serían echados fuera por esos que no quisieran estar en él: éstos que no podrían existir sin él. De hecho, porque no había ningún otro *pueblo de Dios* que ese *linaje de Abrahán*, si reconocieran y recibieran a Cristo, como ramos naturales permanecerían realmente en el olivo y no resultarían unas las iglesias de Cristo, otras las sinagogas de los judíos, pues serían las mismas si hubiesen querido estar en lo mismo. Porque no lo quisieron, ¿qué quedaba sino que quienes habían permanecido fuera de Cristo hicieran *excluidos de las sinagogas* a esos que no abandonarían a Cristo?. En efecto, hechos *testigos suyos* por haber acogido al Espíritu Santo, no serían, evidentemente, cual esos de quienes se dice: *Muchos jefes de los judíos creyeron en él; pero por miedo a los judíos, para no ser arrojados de las sinagogas, no osaban confesarle, pues amaron la gloria de los hombres más que la de Dios. Creyeron, pues, en él, pero no como quería que creyeran quien decía: ¿Cómo podéis creer, si aguardáis unos de otros gloria y no buscáis la gloria que procede del único Dios?*⁴³⁵.

Tratado XCVII, 2: Por ende, como aconsejé en el sermón pasado, a hombres engañados y engañadores a causa de esta ocasión –porque el Señor asevera: “*Aún tengo muchas cosas para deciros, pero ahora mismo no podéis cargar*” con ellas-, máxime quienes sois pequeñines y necesitáis aún alimentos lácteos, evitad ofrecerles para saber lo incógnito un oído curioso, porque tenéis mentes incapaces de discernir *verdades y falsedades*; máxime en razón de las obscenísimas torpezas que *a almas inestables y carnales* ha enseñado Satanás, si bien Dios lo permite para esto: a fin de que sus juicios sean por doquier terribles, en comparación con la impura maldad resulte dulce la purísima disciplina y, quien regido por él no ha caído a esos males o, levantado por él, de ahí se ha alzado, le dé honor y, en cambio, temor o pudor a sí mismo.

Temiendo y orando, evitad incurrir en ese acertijo de Salomón donde *mujer insipiente y audaz, hecha desprovista de pan* invita a los que pasan por delante, cuando dice: *Coged con gusto panes ocultos* y la *dulzura del agua hurtada*. Esta mujer es, en efecto, la *vaciedad de los impíos*, porque son insipientísimos pues se imaginan saber algo, como de esa mujer está dicho: *hecha desprovista de pan*. Ella, aunque está *desprovista de pan*, promete *panes*; esto es, aunque es ignara de la verdad, promete *el conocimiento de la verdad*. Promete empero *panes ocultos*, respecto a los que dice que se los coja *con gusto*,

solum nihil adiuvare hanc excusationem videntur ostendere, verum etiam plus gravare. Qui enim se quia non audierunt, excusabunt, *sine Lege peribunt*.

⁴³⁵ Deinde quid passuri essent, iam exprimens ait: *Extra synagogas facient vos*. Quid autem mali erat Apostolis expelli de synagogis Iudaicis, quasi non inde fuerant se separaturi, etiamsi eos nullus expelleret? Sed nimirum hoc voluit denuntiare, quia Iudaei Christum non fuerant recepturi, a quo isti non fuerant recessuri; et ideo futurum erat ut foras mitterentur cum illo, ab eis qui esse nollent in illo, hi qui esse non possent sine illo. Nam profecto, quia non erat ullus alius **populus** Dei quam illud semen Abrahae, si agnoscerent et reciperent Christum, tamquam rami naturales in olea permanerent; nec aliae fierent **Ecclesiae** Christi, aliae Synagogae Iudaeorum: eadem quippe essent, si in eodem esse voluissent. Quod quia noluerunt, quid restabat nisi ut remanentes extra Christum, extra synagogas facerent eos qui non relinquerent Christum? Accepto quippe Spiritu sancto testes eius effecti, non utique tales essent, de quibus dicitur: *Multi principes Iudaeorum crediderunt in eum; sed propter metum Iudaeorum, ne pellerentur de synagogis, non audebant confiteri eum: dilexerunt enim gloriam hominum magis quam Dei*. Crediderunt ergo in eum, sed non sic quomodo eos volebat credere, qui dicebat: *Quomodo potestis credere, gloriam ab invicem exspectantes, et gloriam quae a solo Deo est non quaerentes?*

y la dulzura *del agua hurtada*, para que, por supuesto, se oiga y realice más gustosa y dulcemente lo que en la Iglesia se prohíbe que se diga y se crea abiertamente. Con esa misma ocultación sin duda, para los curiosos sazonan en cierto modo los profesores abominables sus venenos, a fin de que aquéllos estimen que aprenden algo importante precisamente porque esto merece tener un secreto, y más suavemente beban la insipiencia, que suponen ciencia, cuya audición prohibida hurtan en cierto modo⁴³⁶.

Tratado XCVIII, 8: Así pues, porque el Señor asevera: “*Aún tengo muchas cosas para deciros, pero ahora mismo no podéis cargar*” con ellas, iban a serles añadidas las que desconocían, no destruidas las que habían aprendido. Y, como ya expuse en el sermón anterior, él pudo decir esto así, ciertamente porque, si quisiera manifestarles, según los ángeles las conciben en él, esas mismas que les había enseñado, la debilidad humana en que aún estaban no podría llevarlas. En cambio, cualquier hombre *espiritual* puede enseñar a otro hombre lo que sabe, si lo hace más capaz de progresar el Espíritu Santo, gracias al cual también el enseñante mismo ha podido aprender bien algo más; así ambos son *aprendices* de Dios. Por otra parte, también entre los espirituales mismos hay, evidentemente, unos más capaces y mejores que otros, de forma que un *quídam* de ellos ha llegado a eso *que a hombre no es lícito decir*. Con esta ocasión, ciertos sujetos vanos han inventado con estultísima presunción el Apocalipsis de Pablo, que la sana Iglesia no recibe, lleno de no sé qué fabulas, para decir que a propósito de éste había dicho que él había sido *raptado al cielo tercero* y que allí había oído *palabras inefables que a hombre no es lícito decir*. En todo caso, la audacia de éstos sería tolerable si hubiese dicho que él había oído lo *que a hombre no es* “aún” *lícito decir*. Ahora bien, porque ha dicho “*que a hombre no es lícito decir*”, éstos ¿quiénes son para osar decir desvergonzada y funestamente estas cosas? Pero con este final concluiré ya este sermón y ansío que gracias a él seáis ciertamente sabios en el bien y, en cambio, no partícipes del mal⁴³⁷.

⁴³⁶ Proinde, sicut praeterito sermone commonui, cavete, maxime qui parvuli estis et adhuc alimentis lacteis indigetis, ne hominibus sub hac occasione deceptis ac deceptoribus, quia Dominus ait: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*, aures curiosas praebeatis ad incognita scienda, cum mentes invalidas habeatis ad vera et falsa diiudicanda: maxime propter obscoenissimas turpitudines, quas docuit satanas animas instabiles atque carnales, ad hoc Deo sinente, ut eius ubique sint tremenda iudicia, et in comparatione impurae nequitiae dulcescat purissima disciplina; atque ut illi det honorem, timorem autem vel pudorem sibi, qui in illa mala vel illo regente non cecidit, vel illo inde levante surrexit. Cavete timendo et orando, ne irruatis in illud aenigma Salomonis, ubi *mulier insipiens et audax, inops panis effecta*, convocat praetereuntes dicens: *Panes occultos libenter attingite, et aquae furtivae dulcedinem*. Haec enim mulier vanitas est impiorum, cum sint insipientissimi, aliquid se scire opinantium, sicut de ista muliere dictum est, *inops panis effecta*. Quae cum sit inops panis, promittit panes; id est, cum sit ignara veritatis, promittit scientiam veritatis. Occultos tamen panes promittit, quos dicit libenter attingi, et aquae furtivae dulcedinem; ut ea scilicet libentius et dulcius audiantur et agantur, quae palam in **Ecclesia** dici credique prohibentur. Ipsa quippe occultatione condiunt quodammodo nefarii doctores sua venena curiosis; ut ideo se existiment aliquid discere magnum, quia meruit habere secretum, et suavius hauriant insipientiam, quam putant scientiam, cuius prohibitam quodammodo furantur audientiam.

⁴³⁷ Quod itaque ait Dominus: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*; adicienda illis fuerant quae nesciebant, non quae didicerant evertenda. Et ille quidem, sicut in pristino sermone iam exposui, potuit hoc ita dicere, quia illa ipsa quae docuerat, si vellet eis sic aperire, ut in illo concipiuntur ab Angelis; hoc infirmitas humana in qua adhuc erant, ferre non posset. Spiritalis autem homo quilibet potest alterum hominem docere quod novit, si proficiendo capaciores faciat Spiritus sanctus, in quo et ipse doctor aliquid amplius addiscere potuit, ut sint ambo docibiles Deo. Quamquam et inter ipsos spiritalis sunt utique alii alii capaciores atque meliores; ita ut quidam illorum ad ea pervenerit quae non licet homini loqui. Qua occasione vani quidam Apocalypsim Pauli, quam sana non recipit **Ecclesia**, nescio quibus fabulis plenam, stultissima praesumptione finxerunt; dicentes hanc esse unde dixerat raptum se fuisse in tertium coelum, et illic audisse ineffabilia verba *quae non licet homini loqui*.

Tratado IC, 6: Aquí preguntará tal vez alguien si también del Hijo procede el Espíritu Santo, pues el Hijo es hijo de solo el Padre, y el Padre es padre de solo el Hijo y, en cambio, el Espíritu santo es espíritu no de uno solo de ellos, sino de ambos. Al Señor en persona puedes oírle decir: *“Pues no sois vosotros quienes habláis, sino que quien habla en vosotros es el Espíritu de vuestro Padre”*; puedes también oír al Apóstol: *Dios envió a vuestros corazones el Espíritu de su Hijo. ¿Acaso son dos, uno del Padre, otro del Hijo? ¡Ni pensarlo! En efecto, un solo cuerpo,* asevera cuando aludía a la Iglesia e inmediatamente ha añadido: *Y un solo Espíritu.* Y mira tú cómo allí completa él la Trinidad: *Como fuisteis llamados, afirma, en una sola esperanza de vuestra llamada. Un solo Señor* –seguramente, aquí quiso que se pensase en Cristo; falta que nombre también al Padre; sigue, pues-: *una sola fe, un solo bautismo, un solo Dios y Padre de todos, que está sobre todos y a través de todos y en todos nosotros.*

El Espíritu, pues, porque es *uno solo* como hay *un solo Padre* y *un solo Señor*, esto es, el Hijo, es realmente de ambos, ya que Cristo *Jesús* en persona dice: *“Quien habla en vosotros es el Espíritu de vuestro Padre”*, y el Apóstol dice: *Dios envió a vuestros corazones el Espíritu de su Hijo.* En otro lugar puedes oír a idéntico apóstol decir: *Ahora bien, si habita en vosotros el Espíritu de ese que resucitó de entre los muertos a Jesús.* Seguramente, aquí quiso que se pensase en el Espíritu *del Padre*, acerca del cual dice empero en otro lugar: *En cambio, cualquiera que no tiene el Espíritu de Cristo, ése no es de éste.* Y muchos otros son los testimonios que muestran evidentemente esto: que el Espíritu *del Padre* y *del Hijo* es ese al que a propósito de la Trinidad se le llama “el Espíritu Santo”⁴³⁸.

Tratado C, 3: Se engañan, pues, respecto a uno y otro asunto, precisamente porque ser mago es malo y Cristo no fue mago porque es bueno.

Por tanto, porque de estos que vituperan y denuestan a Cristo nada ha de decirse en este lugar porque hablamos de su gloria con que *fue glorificado* en el mundo, el Espíritu Santo no lo ha glorificado con gloria verdadera, sino en la santa Iglesia católica. Efectivamente, en otra parte, eso es, entre los herejes o entre ciertos paganos, no puede ser verdadera *en las tierras* la gloria de él, ni siquiera donde “acerca de” él parece haber “fama generalizada, con loa”. Su verdadera gloria en la Iglesia católica es, pues, cantada así por un profeta: *Sé exaltado sobre los cielos, Dios, y sobre toda la tierra tu gloria.*

Ut cumque illorum tolerabilis esset audacia, si se audisse dixisset quae adhuc non licet homini loqui: cum vero dixerit, *quae non licet homini loqui*; isti qui sunt qui haec audeant impudenter et infeliciter loqui? Sed iam istum sermonem hoc fine concludam; per quem vos esse cupio sapientes quidem in bono, integros autem a malo.

⁴³⁸ Hic aliquis forsitan quaerat utrum et a Filio procedat Spiritus sanctus. Filius enim solius Patris est Filius, et Pater solius Filii est Pater: Spiritus autem sanctus non est unius eorum Spiritus, sed amborum. Habes ipsum Dominum dicentem: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*: habes et Apostolum: *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra*. Numquid duo sunt, alius Patris, alius Filii? Absit. *Unum enim corpus*, ait, cum significaret **Ecclesiam**; moxque addidit, *et unus Spiritus*. Et vide quomodo illic impleat Trinitatem. *Sicut vocati estis*, inquit, *in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus*; hic utique Christum intellegi voluit: restat ut etiam Patrem nominet: sequitur ergo: *Una fides, unum Baptisma: unus Deus et Pater omnium, qui super omnes, et per omnes, et in omnibus nobis*. Cum ergo sicut unus Pater, et unus Dominus, id est Filius, ita sit et unus Spiritus; profecto amborum est: quandoquidem dicit ipse Christus Iesus. *Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*; et dicit Apostolus: *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra*. Habes alio loco eundem apostolum dicentem: *Si autem Spiritus eius qui suscitavit Iesum ex mortuis, habitat in vobis*; hic utique Spiritum Patris intellegi voluit: de quo tamen alio loco dicit: *Quisquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius*. Et multa alia sunt testimonia quibus hoc evidenter ostenditur, et Patris et Filii esse Spiritum qui in Trinitate dicitur Spiritus sanctus.

Así pues, que tras su exaltación iba a venir *el Espíritu Santo* e iba a glorificarlo, esto que vemos cumplido, el sagrado salmo ha prometido que va a suceder, esto ha prometido el *Unigénito* mismo⁴³⁹.

Tratado CI, 5: En realidad supongo que lo que asevera: “*Ahora bien, de nuevo os verá y gozará vuestro corazón y vuestro gozo nadie os lo quitará*”, hay que relacionarlo no con ese tiempo en que resucitó y les mostró *su carne* para que la percibieran y tocasen, sino más bien con ese respecto al que ya había dicho: *Quien me quiere, será querido por mi Padre y yo le querré y a mí mismo me mostraré a él*. En efecto, ya había resucitado, ya se les había mostrado *en carne*, ya estaba sentado a la diestra del Padre, cuando el mismo apóstol Juan en persona, de quien es este evangelio, decía en una carta suya: *Queridísimos, ahora somos hijos de Dios, más aún no se manifestó qué seremos; sabemos que, cuando se haya manifestado, seremos similares a él porque le veremos como es*. Esa visión es no de esta vida, sino de la futura; es no temporal, sino eterna: *Ahora bien*, según dice la Vida en persona, *la vida eterna es ésta*, afirma, *que te conozcan a ti, el único verdadero Dios, y al que enviaste, Jesucristo*. De esta visión y conocimiento dice el Apóstol: *Ahora vemos enigmáticamente mediante espejo; entonces, en cambio, cara a cara; ahora conozco en parte; entonces, en cambio, conoceré como soy también conocido*. Respecto a este fruto de su fatiga entera, deseándolo, la Iglesia *está de parto ahora; entonces va a parirlo, percibiéndolo; ahora está de parto, gimiendo; entonces va a parirlo, alegrándose; ahora está de parto, orando; entonces va a parirlo, loando*. Y es macho, precisamente porque todas las funciones de la acción tienen como meta ese fruto de la contemplación, pues es el único libre porque se apetece en razón de sí y no tiene como meta otra cosa. A éste sirve la acción; en efecto, cualquier cosa que se hace bien, lo tiene como meta, porque se hace en razón de éste; en cambio, no en razón de otra cosa, sino en razón de él mismo, uno se atiende a él y lo tiene. Ahí, pues, está el fin que *nos basta*. Por tanto, será eterno, pues no *nos basta* un fin, sino ese que no tiene fin alguno. Esto había sido inspirado a Felipe cuando dijo: *Muéstranos al Padre y nos basta*. En esa mostración se prometió también el Hijo, pues dice: *¿No crees que yo estoy en el Padre y el Padre está en mí?* Así pues, respecto a esto que *nos basta* hemos oído muy justificadamente: *Vuestro gozo nadie os lo quitará*⁴⁴⁰.

⁴³⁹ Ideo ergo in utroque falluntur, quia et magum esse malum est; et magus non fuit Christus, quia bonus est. Quapropter quoniam de his nihil hoc loco dicendum est, qui Christum vituperant atque blasphemant; quia de gloria eius loquimur, qua est glorificatus in mundo: non eum glorificavit Spiritus sanctus vera gloria, nisi in **Ecclesia** sancta catholica. Alibi enim, id est, vel apud haereticos, vel apud quosdam paganos, vera eius in terris gloria non potest esse, et ubi videtur esse frequens de illo fama cum laude. Vera ergo eius gloria in **Ecclesia** catholica sic a propheta cantatur: *Exaltare super coelos, Deus, et super omnem terram gloria tua*. Quia itaque post eius exaltationem venturus erat Spiritus sanctus, et eum glorificaturus, hoc sacer Psalmus, hoc ipse Unigenitus promisit futurum, quod videmus impletum.

⁴⁴⁰ Puto enim quod ait: *Iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis*, non ad illud tempus esse referendum quo resurrexit, eis que suam carnem cernendam tangendamque monstravit: sed potius ad illud unde iam dixerat: *Qui diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo meipsum illi*. Iam quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstraverat, iam sedebat ad dexteram Patris, quando dicebat idem ipse apostolus Ioannes, cuius est hoc Evangelium, in Epistola sua: *Dilectissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum manifestatum est quid erimus: scimus quia cum manifestatum fuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*. Ista visio non vitae huius est, sed futurae; non temporalis, sed aeterna. *Haec est autem vita aeterna, dicente ipsa vita, ut cognoscant te, inquit, unum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum*. De hac visione et cognitione dicit Apostolus: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum*. Hunc totius laboris sui fructum **Ecclesia** nunc parturit desiderando, tunc est paritura cernendo; nunc parturit gemendo, tunc paritura laetando; nunc parturit orando, tunc paritura laudando. Et ideo masculum; quoniam ad istum fructum contemplationis cuncta

Tratado CI, 6: Estimo que también respecto a esto se entiende mejor lo que más arriba está dicho: *Un poco y ya no me veréis y de nuevo un poco y me veréis*. En efecto, *un poco* es este entero espacio en que pasa volando el siglo presente; por ende, idéntico evangelista en persona dice en una carta suya: *Es la última hora*. Y en verdad, por eso ha añadido: “*Porque voy al Padre*”, lo cual hay que referirlo a la sentencia anterior, donde asevera: “*Un poco y ya no me veréis*”, no a la posterior, donde asevera: *Y de nuevo un poco y me veréis*. En efecto, yendo *al Padre*, iba a hacer que no le vieran. Y está dicho por esto: no precisamente porque iba a morir y, hasta que resucitase, iba a apartarse de las miradas de ellos, sino porque iba a ir *al Padre*, cosa que hizo después que resucitó y, *tras haber vivido con ellos durante cuarenta días, ha ascendido al cielo*. Porque, pues, iba a ir *al Padre*, a esos que entonces le veían corporalmente y después no iban a verlo mortal cual le veían cuando decía esas cosas, les asevera: *Un poco y ya no me veréis*. En cambio, a toda la Iglesia ha prometido lo que ha añadido: *Y de nuevo un poco y me veréis*, como a toda ha prometido: *He ahí que yo estoy con vosotros hasta la consumación del mundo*.

No retrasa el Señor la promesa: un poco y le veremos cuando ya nada roguemos, nada interroguemos, porque nada que desear quedará, nada que buscar se ocultará. Este *poco* nos parece largo, porque aún está activo; cuando se haya acabado, entonces nos daremos cuenta de cuán *poco* ha sido. Nuestro *gozo*, pues, no sea cual lo tiene el mundo acerca del que está dicho: “*El mundo, en cambio, gozará*”, ni empero durante el parto de este deseo estemos tristes, sin gozo, sino, como asevera el Apóstol, *alegres con la esperanza, pacientes en la tribulación*, porque la parturienta misma, a la que se nos ha comparado, por la prole que muy pronto vendrá, se alegra más de lo que está triste por el dolor presente.

Pero sea éste el final de este sermón, pues las cosas que siguen contienen una cuestión enojosísima y, para que, *si el Señor quisiere*, puedan explicarse más precisamente, no han de resumirse con brevedad⁴⁴¹.

